mus, exclusif. — Eod. cap. ad illa verba, *quis renatus fuerit ex aqua*, &c. fol. 59. ante med. post illud, *Inveniet me*, &c. dele usque ad, *Terra siquidem infimum*, exclusif. — Eodem cap. ad verba illa, *Nisi homo natus fuerit*, &c. non potest intrare, &c. fol. 62. pag. 1. à medio, post illud, *Nisi homo generatus*, dele usque ad, *Tertio post illud*, exclusif. — Eodem cap. ad verba illa, *Quantum est ex carne, caro est*, fol. 63. pag. 1. à medio, post illud, *Creatura si homo*, dele usque ad, *Atque ad hoc, mecum suis*, exclusif. — Eodem cap. 3. ad verba, *Sic est omnis, qui natus ex spiritu*, fol. 66. pag. 1. initio, post illud, *Ad omnia rapitur*, dele usque ad, *Vbi autem huc est*, excl. — Eod. cap. ad verba illa, *mo ascendit*, &c. fol. 69. pag. 2. ad medium, post illud, *Hoc promissum Deus*, dele usque ad, *Hinc Paulus. Non sunt*, exclusif. — Ibid. paulo inferius, post illud, *In nobis operatur*, dele usque ad, *Merito David dicitur*, exclusif. — Et in fine eiusdem pag. post illud, *Quia Filius Dei est*, dele usque ad, *in iustitia Patri grata est*, exclusif. — Eod. cap. ad verba illa, *& sicut Moyses mandavit serpentem*, &c. fol. 73. pagin. 1. à medio, post illud, *Quid enim est, non potest, dele usque ad, & quid est quod dicit*, exclusif. — Eodem cap. ad verba illa, *Qui credit non nascitur*, fol. 76. pag. 2. in fine, post illud, *Non pereat*, &c. dele usque ad, *Certum est enim*, exclusif. — Eod. cap. ad verba illa, *Qui credit iam indicatus est*, fol. 77. pagin. 1. à medio, *Facit enim enim mundum*, dele usque ad, *Merito igitur qui*, exclusif. — Ibid. paulo inferius, post illud, *operantis manus*, &c. dele usque ad, *Signanter autem dicitur*, exclusif. — Eod. cap. ad verba illa, *Hoc mundum est*, fol. 78. pag. 1. in medio, ibi, *quia non respicit, pro, Respicit, scilicet, lenitot*. — Et inferius, ad verba illa, *Lux venit*, in fine eiusdem pag. post illud, *in quo Christus operatur*, dele usque ad, *et quæ est primus gradus*, exclusif. — Eod. cap. ad verba illa, *Qui autem accepit eius testimonium*, fol. 85. ante medium, post illud, *Christus ad salutem*, dele usque ad, *Quem Deus misit*, exclusif. — Eodem cap. ad verba illa, *Qui credit in eum*, fol. 86. pag. 2. à medio, ibi, *Non enim loquitur, de hominibus enim, & post, Loquitur*, dele usque ad, *fide viva, & efficaci*, exclusif. — Et paulo inferius, ad illa verba, *qui autem in eum credunt*, dele usque ad, *Ad Christum compelluntur*, dele usque ad, *Observe autem*, exclusif. — Cap.

INDIC
Libror
PROHIB
E. V
= 4.

ad verba illa, *Domine da mihi hanc aquam*, fol. 94. pag. 2. versus finem, post illud, *De aqua, &c. non sitiet*, dele usque ad, *Omnes inquit, sitientes*, excluf. — Cap. 5. ad illa verba, *Abijt ille homo, & nuntiavit Iudeis*, fol. 119. pag. 1. in medio, post illud, *Christum nuntiavit*, dele usque ad, *Stat enim foris*, excluf. — Eodem cap. ad verba illa, *& omnia demonstrat ei, &c.* fol. 123. p. 1. initio, post illud, *Sic in filio videmus*, dele usque ad, *In ipso videmus*, excluf. — Ibid. pauld inferius, post illud, *Ut dijudicet omnia*, dele usque ad, *Neque per hoc*, excluf. — Eod. cap. ad illa verba, *Sed omne iudicium dedit Filio*, fol. 125. pag. 2. sub initium, post illud, *Facit sua iudicia*, dele usque ad, *Pater enim omne*, excluf. — Eod. cap. ad verba illa, *Non quero voluntatem meam*, fol. 131. pag. 2. sub initium, post illa verba, *Gladium administrantes*, dele usque ad, *In iudicando liberos*, excl. — Eod. c. ad verba illa, *Alius est qui testimonium perhibet de me*, fol. 132. p. 1. à med. post illa verba, *Quod sumus Filij Dei*, dele usque ad, *Quia non est debiti*, excl. — Eod. cap. ad illa verba, *Quia verum est testimonium eius*, fol. 132. pag. 2. sub initium, post illud, *Cum ex Deo loquitur*, dele usque ad, *Ceterum quid Ioannes*, excl. — Eod. cap. ad verba illa, *Quia quem misit ille*, fol. 134. p. 1. initio, post illud, *Qui non habet Christum*, dele usque ad, *non implet legem*, excl. — Cap. 6. ad verba illa, *Post hæc abiit Iesus trans mare*, &c. fol. 140. p. 1. ante med. post illa verba, *Impietatem eorum migraturum*, dele usque ad, *Sic igitur Hebreorum*, excluf. — Eod. c. ad verba illa, *Ducentorum denariorum panes*, fol. 143. p. 1. ad med. ibi, *& cogit ratio, sive prudentia*, dele, *ratio sive*. — Eod. c. ad verba illa, *& cum gratis egisset*, fol. 145. p. 1. ad med. post illa verba, *Nempe benedictione Domini, quæ sola divites facit*, dele usque ad, *non inquit, in solo*, excl. — Eod. cap. ad verba illa, *ego sum, nolite timere*, fol. 149. p. 1. à med. post illa verba, *Beatus vir, qui semper est pavidus*, dele usque ad, *Voluerunt ergo eum accipere*, &c. excl. — Eod. c. ad verba illa, *Queritis me, non quia vidistis*, fol. 151. p. 1. versus fin. post illud, *Ut iuxta ponat*, dele usque ad, *Dummodo ea res*, excl. — Eod. c. 6. ad verba illa, *Operamini non cibum, qui perit*, fol. 152. p. 1. à med. post illa verba, *Non prohibet laborare pro cibo corporis*, dele usque ad, *In sudore, inquit*, excl. — Eod. cap. ad verba illa, *Quid operaris*, &c. fol. 154. pag. 2. versus finem post illa verba, *Sed hic est fructus incredulitatis*, dele

usque ad, *Patres nostri manducaverunt*, excl. — Eod. cap. ad verba illa, *Eum qui venit ad me, &c.* fol. 158. pag. 2. ad medium, post illud, *Ibi, non ejiceris*, dele usque ad illud, *In Christo enim revelata*, excluf. — Eodem cap. ad verba illa, *Ego descendi de celo*, fol. 159. p. 1. ad med. post illud, *Deus est summa iustitia*, dele usque ad, *Proinde oportet*, excl. — Eod. c. ad verba illa, *Hæc est enim voluntas eius, qui misit me*, &c. fol. 160. p. 1. ante med. post illud, *Qui misit me, &c.* dele omnia, usque ad illud seq. paginæ, circa med. *Murmurabant ergo Iudei*, &c. excluf. — Eodem cap. 6. ad verba illa, *Ego sum panis, qui de celo*, &c. fol. 161. pag. 1. in med. post illud, *Ad omnia bona extimularent*, dele usque ad, *Non enim dubitat*, excl. — Eod. c. ad verba illa, *Quomodo potest hic nobis carnem suam dare?* fol. 166. pag. 1. ante med. post illud, *Longissime abesse debet*, dele usque ad, *Id quod & supra*, excluf. — Ibid. pag. 2. ante med. ibi, *Ut prorsus separari non possint, aut velint*, dele, *possint*, aut. Et mox post illud, *Habere præ alijs*, dele usque ad, *& nihil te movebit*, excluf. — Eod. cap. ad verba illa, *Multi ergo ex Discipulis eius audientes*, fol. 171. p. 2. circa med. post illud, *Quam Gentiles*, dele usque ad, *Et generaliter nufquam*, excl. — Eod. c. ad verba illa, *Spiritus est qui vivificat*, fol. 174. p. 1. sub initium, post illud, *Externum, & corporeum*, dele usque ad, *Quod enim natum est*, excluf. — Ead. pag. ad finem, ad verba illa, *Caro non prodest quicquam*, post illud, *& spiritus vivificans*, dele usque ad, *Deinde scimus*, excl. — Ad eadem verba eod. fol. pag. 2. à med. post illud, *cuius contrarium video*, dele usque ad, *Ridentur à pueris*, excl. — Eod. cap. ad verba illa, *Verba, inquit, mea sunt spiritus*, fol. 175. p. 1. in fine, post illud, *hæc verba si credideritis*, dele usque ad, *Quod si hæc verba ad Sacramentum*, excluf. — Ibid. pag. 2. circa med. post illud, *Salvi fiebant*, dele usque ad, *Præterea quantumcumque*, excluf. — Ibid. pauld inferius, post illud, *In mundo esse*, dele usque ad, *Quia igitur hæc tunc*, excluf. — Cap. 7. ad verba illa tertio repetita, *Tempus autem vestrum semper est paratum*, fol. 182. p. 1. sub initium, post vocem, *Paratum*, dele usque ad, *Interim autem tempus meum*, excl. — Cap. 8. ad verba illa, *In lege autem Moyses præcepit huiusmodi*, folio 199. pag. 1. circa med. post illud, *Habetur in Levitic.* dele usque ad, *Sed puniuntur fontes*, excl. — Eod. cap. ad verba illa, *Digito scribebat in terra*, fol. 200. p. 1. initio, post illud, *legis, &*

CES
um
TORU

Evangelij, dele usque ad, *Nisi scribatur in corde*, exclus. — Eodem cap. ad verba illa, *Neque me scitis, neque patrem meum*, folio 105. pag. 1. versus finem, post illud, *Ostendere potest Deum*, dele usque ad, *Hoc autem nō, excl.* — Eodem cap. ad verba illa, *Si enim non credideritis*, fol. 207. pag. 1. in fine, post illud, *Malum sit incredulitas*, dele usque ad, *Proinde quisquis*, exclus. — Eodem cap. ad illa verba, *Servus autem non manet in domo*, fol. 212. p. 1. ante medium, post illud, *Ecclesia conversetur*, dele usque ad, *In futuro etiam visibiliter*, exclus. — Cap. 28. ad verba illa, *Et desideria patris vestri vultis facere*, folio 216. p. 1. à medio, post illud, *Sub eius potestate, sed*, dele usque ad, *Semper cupiunt*, excl. — Eod. m. cap. ad verba illa, *Cum mendacium loquitur*, &c. fol. 217. p. 2. à medio, post illud, *In veritate non stetit*, dele usque ad, *hinc David*, exclus. — Eodem cap. ad illa verba, *Quinquaginta annos nondum habes*, &c. fol. 222. pag. 2. à medio, post illud, *Videntur verba Christi sic*, dele usque ad, *Quomodo scilicet*, excl. — Cap. 9 ad verba illa, *Abijt, la- vit, & venit videns*, fol. 228. p. 1. à medio, post illud, *Non peccavit ipsa gentilitas*, dele usque ad, *Quod Moyses constanter*, excl. — Eodem cap. ad verba illa, *Iam enim conspiraverant Iudei*, fol. 231. p. 2. à medio, post illud, *Domino patre omnium*, dele usque ad, *Communio externa est*, excl. — Cap. 10. ad verba illa, *Erit unum ovile*, fol. 249. p. 2. circa medium, ibi, *Quod autem omnium electorum, sive è Iudeis, &c. pro electorum*, scribe, *fidelium*. — Cap. 11. ad verba illa, *Sed pro gloria Dei*, fol. 261. pag. 2. initio, ibi, *Sapientia enim rationis humane negat, pro, rationis humane*, scribe, *mudi*. — Eodem cap. ad verba illa, *Venit ergo, & invenit cum quatuor dies habentem*, fol. 267. p. 2. à medio, post illud, *Ita regnabat mors*, dele usque ad, *Secundum tempus*, excl. — Cap. 12. ad verba, *Sine, inquit, illam*, fol. 298. p. 1. in medio, ibi, *Sicut è contra ingrata sunt etiam, pro, Ingrata*, scribe, *nō grata*. — Eod. cap. ad verba illa, *quarto repetita, Nunc iudicium est mundi*, fol. 11. p. 2. initio, post illud, *Feretur sententia*, dele usque ad, *Sive sint gentiles*, excl. — Cap. 13. ad verba illa, *Introivit igitur Satanas in Iudam*, fol. 341. p. 2. sub initium, post illud, *occupavit, sensusque*, dele usque ad, *Hinc non immerito*, excl. — Eodem cap. ad verba illa, *In hoc cognoscent omnes, quod discipuli mei estis*, fol. 346. p. 1. in fine, post illud, *fidei, & charitatis*, dele usque ad, *Dicit ei Simon Petrus*, excl. — Cap. 14. ad verba, *Nemo venit*

ad Patrem, nisi per me, fol. 353. p. 1. post medium, post illud, *Accedere audeamus*, dele usque ad, *Divina maiestas sublimior*, excl. — Eodem cap. ad illa verba, *Ille dedit omnia*, fol. 365. p. 82. à medio, post illud, *Omnia, dele usque ad, Consequatur*, excl. — Eodem cap. ad verba illa, *geret vobis*, &c. fol. 366. p. 2. initio, post illud, *Indigemus consolatione eius*, dele usque ad, *Deinde cum diabolus*, excl. — Eodem cap. ad verba illa, *Non habet in me quoniam*, fol. 371. p. 1. sub initium, post illud, *lere Christo*, dele usque ad, *Contritum*, caput, exclus. — Eodem cap. ad verba illa, *Surgite eamus*, fol. 371. pag. 2. à medio, post illud, *Torporem animis*, dele usque ad, *tubet eos surgere*, excl. — Et ad eadem verba, fol. 372. p. 1. ante medium, post illud, *Vtrisque dicitur surgite*, dele usque ad, *va nem*, exclus. — Cap. 15. ad verba illa, *ter m. us agricola est*, fol. 374. pag. 1. initio, ibi, *Vineam suam respicere, hoc è electio- le, Hoc est electos*. — Eod. m. cap. ad verba illa, *Quia servus nescit, quia Iam dominus eius*, fol. 383. pag. 2. versus finem, post illud, *Verè autem dictum est, servus nescit, quia faciat dominum eius*, dele usque ad, *Hic Christus, si cognovisses*, excl. — Cap. 16. ad verba illa, *Omnis qui interficit vos*, &c. fol. 392. col. 2. versus finem, post illud, *Sed in secundum scientiam*, dele usque ad, *Sed facient vobis*, exclus. — Eodem cap. ad verba illa, *Vsq. modo non petitis quidem*, fol. 403. p. 2. ante medium, post illud, *Precor ex auditorem*, dele usque ad, *Evangelium vero*, excl. — Cap. 17. ad verba illa, *Man- stavi nomen tuum hominibus*, fol. 410. p. 2. à finem, post illud, *quos dedisti mihi*, dele usque ad, *Non enim omnes obediunt*, excl. — Eod. cap. ad verba illa, *Tui erant, & mecum dedisti*, fol. 411. p. 1. ante medium, post illud, *Electos Christo dederit*, dele usque ad, *Et sermonem tuum servaverunt*, excl. — Eodem cap. ad verba illa, *Sermo tuus veritas est*, fol. 416. p. 1. ante medium, post illud, *Vultum sumus*, dele usque ad, *Sermo igitur tuus, &c. clus.* — Cap. 18. ad verba illa, *Iesum Nazarenum querimus*, fol. 423. p. 1. ante medium, post illud, *(quod est Christus) tacet, dele usque ad, Verumtamen etiam*, excl. — Eodem cap. ad verba illa, *Et ergo dixit, ego sum*, &c. fol. 425. pag. 2. initio, post illud, *Constituit multoties*, dele usque ad, *Superbia committuntur*, exclus. — Eodem cap. ad verba illa, *Converte, inquit, gladium tuum*, &c. fol. 425. pag. 1. ad medium, post illud, *Reprehendit*

INDIC
Libror
PROHIB
E. V
= 4.

erat, dele usque ad, *Quia in schola Christi,* exclus. — Cap. 19. ad verba illa, & ligaverunt eum linteis, &c. fol. 480. pagin. 1. in fine post illud, *Bonorum ambitio,* dele usque ad, *Sic in Evangelio,* exclus. — Cap. 20. ad verba illa, *Quorum remisistis peccata,* &c. fol. 493. p. 1. in fin. post illud, *Quicumque a vobis acceperit,* dele usque ad, *Hinc igitur* parat, exclus.

EIVSDEM IOANNIS FERI ANNOTATIONES, in Epistolam Divi Ioannis Evangelistae priorem.

Cap. 2. ad verba illa, *Sed & si quis peccaverit, advocatum habemus,* &c. fol. 514. p. 1. in fine, post illud, *Meritum Christi commendari,* dele usque ad, & si enim quis peccaverit, exclus. — Cap. 3. ad verba illa, *Omnis qui in eo manet, non peccat,* fol. 535. pag. 1. ante medium, post illud, *Non peccat,* dele usque ad, & quod hic obscure, excl. — Eod. cap. ad verba illa, *Qui facit peccatum ex diabolo est,* &c. fol. 536. p. 2. circa medium, post illud, *Et supra audivimus,* dele usque ad, *In hunc enim modum,* excl. — Eod. c. ad verba illa, *In hoc apparuit Filius Dei,* &c. fol. 537. initio, post illud, *Miseria placet,* dele usque ad, *Iustitiam autem,* &c. exclusivè. — Eodem capite, ad verba illa, *Qui non diligit, manet in morte,* fol. 540. pagina 2. sub initium, post illud, *Procedit loquitur,* dele usque ad, *Nihil inique refert,* exclus. — Eodem cap. ad illa verba, *Qui fratrem suum odit, homicida est,* folio 540. pagina 2. ad finem, post illud, *Ad desperationem adigit,* dele usque ad, & scitis quoniam, exclus. — Eodem capite, ad verba illa, *Et qui servat mandata eius,* &c. fol. 543. pag. 2. ad finem, post illud, & pluribus loquitur, dele usque ad, *Utrique autem eundem,* exclus. — Cap. 4. ad verba illa, *Vos ex Deo estis filii,* &c. fol. 546. pag. 1. ante med. post illud, *Bonum precantibus se,* dele usque ad, *Oves enim Christi,* exclusivè. — Eodem capite, ad verba illa, *In hoc perfecta est charitas Dei,* &c. fol. 551. pag. 2. in fine, post illud, *Habeamus in die iudicii,* dele omnia usque ad illud, ad finem pag. sequentis, *Timor non est in charitate,* exclus. — Cap. 5. antequam in textum ingrediatur, fol. 554. pag. 1. ante medium, post illud, *Opera bona docere,* dele usque ad, *Deinde etiam ideo Ioannes,* exclus. — Eodem cap. ad verba illa, *Et omnis qui diligit eum,* &c. folio 555. pagina 1. ante medium, post illud, *Per dilectionem operatur,* dele usque ad, *Filius autem diligit Patrem,* excl. — Ibidem paulò inferius, post

illud, *ex eodem Patre genitos,* dele usque ad, *In hoc cognoscimus quoniam,* exclus.

EIVSDEM IOANNIS FERI EXEGESIS in D. Pauli Epistolam ad Romanos.

Cap. 1. in illa verba, *Servus,* &c. deleatur illud, *Erubescant igitur,* &c. usque ad, *Qui maior est vestrum, sit minister.* — In illa verba, *Ex resurrectione mortuorum,* in fine annot. deleatur illud, è contra ignorantia Dei, omnium malorum fons, & origo est. — In illa verba, *Qui veritatem Dei,* in princip. annot. deleatur illud, *Est habere fidem historicam,* imò diabolicam quandam Dei notitiam absque pio affectu. — Et paulò post in illa verba, *Quia quod notum est Dei,* in princip. annot. deleatur illud, *Omnis qui impij in corde sunt,* &c. usque ad illud, *Nihilominus mali remanserunt.* — In illa verba, & obscuratum est, deleatur illud, *Cum non sit aliud calamitosius,* &c. usque ad fin. annot. — Cap. 2. in illa verba, *Si legem servaveris,* in medio ferè annot. deleatur illud, *Idem dicere possumus de baptismo, qui inutilis est, nisi cum adultus fueris, credas in Christum, te regenerantem.* — Cap. 3. in illa verba, *Primo quidem, quia illis credita,* in fine annot. deleatur illud, *Ita nihil videmus sine verbo Dei,* &c. usque ad illud, *Sic verbu Dei non prodest excacatis, & peccatoribus.* — In illa verba, *Omnis homo mendax,* deleatur integra annot. — In illa verba, *Simul inutiles facti sunt,* deleatur illud, *Vbi igitur defectus est fides,* &c. usque ad illa verba, *Ex fide peccatum est.* — In illa verba, *In conspectu eius,* deleatur illud, *Nempe fides, observa duplicè iustitiam,* &c. usque ad fin. annot. — In illa verba, *Per illius gratiam,* deleatur illud, *favor Dei primum est, quo salvamur,* &c. usque ad fin. annot. — In illa verba, *Ad offensionem iustitie,* in fine annot. deleatur illud, *Et humana cōfunderet, videreturque nihil esse, nisi pannus menstruata.* — Cap. 5. in illa verba, *Sicut per unum hominem,* deleatur illud, quod est ante med. annot. *Vere enim peccatum, tametsi impijs non reputetur, eo quod resistent.* — Cap. 6. in illa verba, *Gratias Deo,* deleatur illud, *Consequitur, quod etiam omnia opera nostra,* &c. usque ad illud, *Ex fide peccatum est.* — Cap. 7. in illa verba, *An ignoratis,* in princip. annot. deleatur illud, *Christianus Dominus est omnium, non quod nulli,* &c. usque ad fin. annot. — In illa verba, *Quid ergo dicemus? lex peccatu est?* in princip. annot. deleatur illud, *Quin potius omnibus ijs tantum ad peiora irritatur,* &c. usque ad fin. annot. — Cap. 8. in illa verba, *Vos autem non estis*

CES
um
TORU

in carne, in principio annotationis, ubi legitur, *Corpus habent adhuc etiam Christiani*, dicatur, *Boni Christiani*, aut, *Iusti*. — In illa verba, *Si secundum carnem vixeritis*, deleatur illud, *Secundum carnem vivere non tantum est voluptatibus servire*, &c. usque ad illa verba, *De morte eterna*. — In illa verba, *Scimus quoniam diligentibus Deum*, deleatur illud, *Miram hic Christiani hominis dignitatem vides*, &c. usque ad finem annotat. — Cap. 11. in illa verba, *Dico ergo*, deleatur illud, *Ad solos predestinatos pertinet promissiones*. — Cap. 12. in illa verba, *Obsecro vos*, deleatur illud, *Christianus homo, etsi non indigeat lege coercente, tamen indiget lege dirigente*. — Capit. 16. in illa verba, *Ei autē*, &c. dele, *Nempe quod sola fide in Christum, & nullis meritis nostris iustificemur*.

Alia vero editione exigenda, & corrigenda sunt, vel iuxta præcedentem expurgationē, vel iuxta Complutensem editionem 1578. & præsertim Apologia illa Michaëlis de Medina, in 67. loca in Ioannem, excusa Lovanii, 1559. & Moguntia, 1572. Ipsi vero cōmentarij in Ioannem excusi sunt Lugduni, 1553. & 1558. In Epistolam vero priorem Ioannis etiam Lovanii 1559. Exegesis vero in Epistolam ad Romanos, Lugdun. 1569. Compluti 1578.

EIVSDEM Ioannis Feri *In Ecclesiastem Salomonis Annotationes*. Lugduni, apud Guilieum Rovilium 1553.

Expungatur Epistola Dedicatoria Francisci Behem Typographi, cui initium, *Quā bene reverenda*, &c. — Cap. 2. ad verba illa, *Dixi ergo in corde meo*, pag. 46. in fine, post illud, *Et otiosam vitam*, dele usque ad, *Vadam, & affluam*, exclus. — Eodem capit. ad verba illa, *Abstrahere à vino carnem meam*, pag. 50. in fine, post illud, *Deo & verbo eius*, dele usque ad, *Tum autem bonus*, exclus. — Cap. 4. ad verba illa, *Qui nesciunt quid faciant mali*, p. 133. in medio, post illud, *Stulti illi hoc nesciunt*, dele usque ad, *Sic verè sibi ipsi*, exclus. — Cap. 7. ad verba illa, *Non est homo iustus in terra*, &c. p. 221. ante med. post illud, *Iustus esse nō potest*, dele usque ad, *Quamquam quod dicit*, exclus. — Cap. 8. ad verba illa, *Sapientia hominis lucet*, &c. pag. 230. à medio, post illud, *Externam apparentiam*, dele usque ad, *Potest etiam hoc dictum*, exclus. — Cap. 9. ad verba illa, *Nescit tamen homo utrum amore*, &c. pag. 250. à medio, post illud, *Sperandarum rerum*, &c. dele usque ad, *Mirum videri possit*, exclus. — Eodem cap. ad eadem verba, pag. 257. ad me-

dium, post illud, à fide timor separari, dele usque ad, *Timor autē respicit*, excl. — Pag. 258. ad finem post illud, *Propter se adverso*, dele usque ad, *Vniuersa à se conuincunt*, exclus. — Eodem cap. ad verba illa, *Melior est sapientia, quam armabellia*, pag. 286. ad finem, post illud, *Silentio manet operatur*, dele usque ad, *Et fides ipsa gloria*, exclus.

Examen vero ordinandorum, prohibetur nisi fuerit ex impressis ab anno 1587.

Cætera eius opera à sectarijs vitijs prohib. donec recognoscantur.

IOANNI Fischenio.

Liber, falso adscriptus, *De Fidei, & Misericordia Dei*, prohib.

IOANNES Franciscus Pici M. dula.

Eius Opusculum secundum, *De Sententia excommunicationis iniusta*, per Hieronymo Sanavaro la innocentia, prohib.

IOANNES Franciscus Spina.

Eius liber, *De Mundi Catastrophe*, hoc est, de maxima rerum mundanarum revolutione, post annum 1623, prohib.

IOANNES Fungerus.

Ex Ioannis Fungeri Leovardensis Bibliologico Trilingui. Lugduni, sumptibus Leontij de Harti, 1607.

Pag. 66. col. 1. in verbo, *Anabaptista*, illa verba, *Ioannes à Lase*, dele usque ad, *Idem error olim*, exclus. — Pag. 129. col. fine, in verbo, *Basilea*, post illa verba, *Etorem Typographicam*, dele usque ad, *Basilea luculenter*, exclus. — Pag. 136. col. 1. initium, in verbo, *Birbia*, ubi legitur, *si recte existimat*, dele, *Recte*. — Pag. 144. col. 1. post initium, in verbo, *Bructerolæ*, *Vi Peucero*, & *Melanthoni videtur*. — Pag. 179. col. 1. fine in verbo, *Chaptes*, ubi legitur, *Mibi summo opere placeat Melanthonis*, dele, *Melanthonis*. — Pag. 181. col. 1. post med. in verbo, *Calebs*, ubi legitur, *quorundam Ecclesie Doctorem*, dele, *quorundam*. — Pag. 280. ante finem, post verbum Græca, *Allachonireta*, dele usque ad, *Et*. — S. nempe usque ad verbum, *Epistola*. — Pag. 340. col. 1. ante medium, in verbo, *Greichgoia*, post illa verba, *David Chyph*, dele usque ad, *Dabo in medium eius verba*, exclus. — Pag. 383. col. 1. ante medium, in verbo, *Idololatria*, ubi legitur, *Simulacrum aut imaginum cultus*, dele, *Aut imaginum*. — Pag.

INDIC
Libror
PROHIB
E. V
= 4.

Pagina 487. col. 1. in fine, in verbo, *Missæ*, post vocem, *Missæ*, dele usque ad, *Sacrificiū idem cum*, exclus. — Pag. 488. col. 2. parum ab initio, in eodem verbo, *Missæ*, post illud, *Collecta eleemosina*, dele usque ad, *Quam enim*, exclus. — Pag. 491. col. 2. ante medium, in verbo, *Monachus*, post illa verba, *Nicephorus, ex vita, & institutis*, dele usque ad fin. paragraphi. — Pag. 597. col. 2. ad med. in verbo, *Pharisei*, post illud, *Se-paratos dixeris ut*, dele usque, *Thibites as-simat*, excl. — Pag. 693. col. 2. ante med. in verbo, *Sacrificium*, post illa verba, *Innum-meris idolis seruerint*, dele usque ad, *Ad gentilium sacrificia, &c.* exclus.

IOANNES Gertophius.

EIVS *Recriminatio*, adversus Eduardum Leum Anglum, prohib.

IOANNES Gualterus.

Sive, *Goalterus*, sive, *Walterus*.

EIVS *Chronicon Chronicorum Ecclesiasti-co-Politicum*. Francof. in Officina Aubriana, 1614.

Licet quatuor Tomi, in quos hoc Chronicon tributum est, nullum præferant ordinem, neque numerum, sed illum tamen eruiimus, & collegimus ex Epistola Dedicatoria primi Tomi, ad Andræam Schortum, in qua universi Chronici rationem & ordinem Collector huius operis Gualterus exponit.

TOMVS I.

Pag. 742. in Epitome Gasparis Bruschij adscribe, *Hoc opus Auctoris damnati, per-missum cum expurgatione*. — Pag. 751. nu. 26. in fine, post illa verba, *Obijt anno Chri-sti 913*, dele tres lineas sequentes, & item primam lineam pag. 752. — In Catalogo Episcoporum Augustanorum, pag. 960. n. 47. lin. 2. ubi legitur, *Intruditur in Eccle-siam Augustanam*, dele, *Intruditur*, & substi-tue, *Inducitur*. — Ex libro Francisci Modij, *De Ecclesiasticis ordinibus*, pag. 1612. numero marginali 314. ubi legitur, *Sylve-ster Melchiodi item suffectus, Extremam Un-ctionem, lege, & substitue, Extrema Unctio-nis à Christo instituta ceremonias, & peculia-res ritus*. — Pag. 1613. anno Christi marginali 605. ubi legitur, *Ut Ecclesia Romana pro capite, & Principe omnium Ecclesiarum haberetur*, adde, *tam à Divo Petro, & Chri-sto sic instituta*. — Pag. 1615. sub Tit. *De Cardinalibus*, ad finem, post illa verba, *Pri-*

ma Epistolarum suarum, dele duas lin. usque ad, *Capitulum Cardinales*, exclus.

TOMVS II.

Qui est Equestrium, sive militarium or-dinum Conciliorum, Hæresum, &c. Fre-quenti quoque censura dignus.

Pag. 820. lin. 4. post illa verba, *Collectore Ioan. Frisio*, adde, *Seu Ioanne Iacobo Frisio, Auctore damnato, cuius Bibliotheca Philo-sophorum Chronologica, &c.* primum excusa est Tiguri 1592. Hæc vero Epitome cum expurgatione permittitur.

Pag. 1092. sub Tit. *Dies natales Virorum litteris, armisque*, dele seq. vocem, *Insignium*.

Et in Iosepho Scaligero, pag. 1249. fine lin. 6. ante finem, post illa verba, *Lugduni Batavorum*, dele quinque sequentes, utque ad, *Baudius oratione funebri*. — Et pagina 1281. paulò à principio, in Petro Cholino, dele, *Quos vocant apocryphos, & summa Fide*.

TOMVS III.

Quo Imperatores, Reges, Duces, &c. de-lineantur.

Pag. 460. post illa verba, *Erpoldi Lindem-bruch*, adhibe notam Auctoris damnati, & operis, cum expurgatione permitti. — In *Historia Regum Danie*, pag. 500. ante medi-ūbi legitur, *Doctrinam Ecclesiæ à Luthero repurgatam*, dele, *Ecclesiæ, &, repurgatam*.

— Pag. 501. in *Christiano Terzio*, linea 6. ante finem, post illa verba, *Regnasset 24.* dele tres lin. usque ad, *Depositus primum*, exclus. — In *Regibus Polonie*, pag. 505. post illa verba, *Casparo Schutzemio*, appone, *Auctore damnato*. — In serie Regum Hungarie, pag. 550. post illa verba, *Ioan. Pistorio Nidaro*, adscribe, *notam Auctoris damnati*. — In Catalogo Electorū Palatinorum, p. 570. post illa verba, *Ex originibus Marquardi Freheri*, adde, *Auctoris damnati opus cum expurgatione permissum*. — In Catalogo Regum omnium Christianorum, p. 794. illis verbis, *Achillem Pyrminum Gassarum*, adde, *Auctorem damnatum, & post illa verba, Pri-mum editus*, adde, *opus permissum*. — In Ducibus Brunsvicensib. p. 884. *Ex Chytreo*, adde, *Auctore dānato*. — In Ducibus Brunsvicensibus, & Luneburgensibus, pag. 889. *Ex Buntingo*, adde, *Auctore damnato*. — Ex Gelricæ Chronico, pag. 593. post, *Petri Scriberij notis*, adde, *Auctoris damnati*. — De Sarracenis & Turcis, pag. 1125. post illa verba, *Isennacensi Turingo*, adde, *Auctoribus damnatis*. — Et pag. 1145. an-no 1454. dele, *Virum ferocem, & Sacerdotem*

venatorem.—In appendice Chronici Turcici pag. 1157. à *Ioanne Rosino*, adde, *Auctore damnato.*—Et pag. 1197. linea 4. à principio, dele, *Viri clarissimi.*—In diebus Emortualibus Principum, pag. 1321. ante medium, post illa verba, *Religionem abjicere voluit*, dele sequentes duas lineas. — In appendicula Emortualium Doctorum, pagina 1404. & deinceps expunge, quæ occurrent Epitheta honorifica sectariorum.

TOMVS IIII.

Qui etiam per errorem inscribitur, *Liber 2.* Qui est Prodigiorum, Academiarum, Nundinarum, Ludorumque Equestrium, &c.

Pag. 1. post titulum, *Prodigiorum*, &c. & post, *Conradum Lycosthenem Rubeaquensem*, adde, *Auctorem damnatum*, opus vero cum expurgatione permissum. Sed notandum, hoc idem, *Chronicum Prodigiorum*, iam olim in forma maiori Basileæ excusum per *Hæricum Petri* 1557. quæ editio nominatim expurgabitur in *Conrado Lycosthene*.

Pag. 3. ex Indiculo Auctorum, dele nomina, *Martinus Lutherus*, & *Philippus Melancthon*, & ubicumque in ipso decursu operis occurrerint. — Pag. 4. anno mundi primo, ad finem paragraphi legitur, *Quam habebat imaginem amisit*, pro, *amisi*, substitue, *Fœdavit.* — Pag. 164. num. 320. §. *Circa hæc tempora*, dele integrum paragraphum. — Pag. 198. n. 603. in §. *Tanta*, post illa verba, *Occisus est*, dele 3. sequentes lineas. — Pag. 227. num. 963. in §. *Cum maximi essent*, post ea verba, *Portendere interpretantur*, dele lineam, usque ad, *Anno sui*, exclus. — Et pag. 228. parum ab initio, post ea verba, *Sui Pontificatus*, dele duas lineas, usque ad finem paragraphi. — Pagina 236. anno 1046. §. *Scribunt*, dele totum paragraphum. — Pag. 245. sub num. 1104. §. *Monstrum*, post verba, *Augusti evenerunt*, dele tres lineas, usque ad, *Orbis terrarum*, exclusivè. — Pag. 301. num. 1415. §. *Insignis Eclipsis*, post ea verba, *Hus ex Bohemia*, dele tres lineas, usque ad, *In Concilio Constantensi*. Et post alias tres lineas, dele, ibidem, *Christi martyr factus est.* — Pag. 323. sub num. 1494. §. *Rubeaci*, post ea verba, *Que sæpe numero*, dele tres lineas, usque ad, *Recitata nobis*, excl. — Pag. 326. n. 1496. §. *Mulier*, dele voces, *Pecunia alteras.* — Pag. 330. sub num. 1504. §. *In Germania*, dele quartam lineam ab initio, *Miles melior, quam Sacerdos.* — Pag. 336. sub num.

1516. §. *Cum Ratisbona*, linea 3. ante finem, dele, *Quasi furore*, & *infamia correpti.* — Et eodem §. pag. 337. ante medium, dele, *Deinde ad nihilum redacta est.* — Pag. 341. §. *Erfordia*, post ea verba, *Prodigious*, dele tres lineas, usque ad, *Caroli*, exclus. — Pag. 341. num. 1523. dele nomina, *Vitula-monachus*, & *Porco-sacerdos*. Et dele, *D. Martinus Lutherus.* — Pag. 343. sub num. 1523. §. *Tiguri*, post, *Comiti sunt*, dele tres lineas, usque ad, *Vitulum.* — Pag. 351. sub num. 1531. §. *Insula*, post ea verba, *Sopitum est*, dele lineas, usque ad finem §. — Et eadem §. §. *Lisbona*, post ea verba, *Acceptum*, dele duas lineas, usque ad finem paragraphi. — Pag. 355. §. *In multis*, sub 1532. linea 7. dele, *Post venatum*. Et similiter delendum, ubi occurrat, ut pag. 391. 394. 407. 414. 415. 421. 426. — Pag. 357. n. 1532. sub §. *In Davia pago*, ante medium, post ea verba, *velare noluit*, dele quatuor lineas, usque ad, *Cum deest affert*, exclus. — Pag. 361. sub 1538. sub §. *Colmarie nobilis*, post ea verba, *Natura exitu*, dele 24. lineas, usque ad finem pag. & §. — Pag. 385. num. 1544. dele totum paragraphum, qui incipit, *Avila*, &c. — Pag. 390. num. 1546. §. *Allea*, post ea verba, *Castigatum*, dele duas lineas, usque ad finem §. — Pag. 391. ad finem, num. 1547. linea 3. à fine dele, *Sanctissimum atque constantissimum fide heroem.* — Pag. 393. num. 1547. §. *Autem anno*, dele, *Novus Episcopus ad Germanie interitum.* — Pag. 395. num. 1548. Anno quadragesimo, dele, *Pia ad penitentiam.* — Pag. 396. num. 1549. §. *Munda*, post ea verba, *Penitentiam clamant*, dele duas sequentes lineas. — Pag. 406. sub 1552. §. *In Hafsia*, dele in linea 1. & Evangelica doctrina. — Pag. 412. num. 1553. §. *Eo tempore*, dele, *Magni nominis vir in Domino obdormivit.* — Pag. 423. num. 1554. §. *In Orphanotrophio*, post illa verba, *Faci*, dele septem lineas, usque ad finem §. — Pag. 579. §. Anno 49. post illa verba, *Circa hæc tempora*, dele sex lineas, usque ad, *Ex synodo*, exclus. — Pag. 618. §. Anno 222. dele duas lineas totius §. — Pag. 719. Anno 607. post §. *Febr.*, dele duas lineas, usque ad, *Beda mensis*. — Pag. 736. §. 773. dele totum §. continuem decem lin. — Pag. 746. §. Anno 15. post, *Novembris convenit*, dele fere tres lineas, usque ad, *De qua videtur*, exclus. — Pag.

INDICULUS
Librorum
PROHIBITORUM
E. V.
= 4.

777. §. 1074. dele, *Schisma ortum propter*. Et post vocem, *Inhibita*, dele 2. lin. usque ad, *scribunt ea de re*, exclus. — Pag. 778. linea 2. post illa verba, *Est atque enervata*, dele 10. sequent. lin. — Pag. 804. §. Anno 1160. dele, *S. Theologiam sua curiositate inutili sedare cepit*. — Pag. 812. §. Anno 1197. dele sequentem vocem, *Institutus est*. — Pag. 820. Anno 1220. post verba, *In usum belli sacri*, dele 3. sequent. lin. usque ad finem §. — Pag. 872. Anno 1370. dele, *Contra receptas sui seculi opiniones, & dogmata*. — Pag. 907. Anno 1416. ad medium, post illa verba, *Supplicio adfectus*, dele 13. lin. usque ad finem §. — Pag. 951. Anno 1457. post, *Et omisiss bellis*, dele tres seq. lin. usque ad finem §. — Pag. 964. linea 1. post verba, *Volebat audire*, dele 2. sequent. lineas. — Pag. 983. Anno 1498. linea 2. dele, *Acerbis questionum cruciatibus excarnificatus*. — Pag. 984. Anno 1500. linea 5. dele, *Eaque passim vendidit*. — Pag. 987. dele, *Fratribus minoritis*. — Pag. 988. Anno 1503. post ea verba, *Vna cum filio*, dele 2. lin. sequent. usque ad finem §. — Pag. 992. Anno 1507. §. *Lutherus*, linea 4. dele, *à confirmatione primatus Papæ 900*. — Pag. 998. Anno 1514. §. *Albertus*, linea ultima, dele, *Per indulgentias predicandas*, usque ad finem §. — Pag. 1004. §. Anno 1517. dele linea 3. vocem, *Venales*, & post tres lineas, & ea verba, *Sequuta est nos*, dele duas lineas, usque ad ea verba, *Solam nudamque*, exclus. — Et post alias undecim lineas, dele verbum, *Questus*. — Pag. 1006. Anno 1518. §. *Quid hoc*, post ea verba, *Inter ceteras sic ait*, dele usque ad finem paragraphi. — Pag. 1009. Anno 1519. linea 9. à fine, post illa verba, *Infidari solet*, dele tres lineas, usque ad, *Hac vero epistola*. — Pag. 1010. eodem §. præcedenti, *Erasmus*, post medium, pag. & ea verba, *Mutari vellet*, dele 2. lin. usque ad, *Densis ac solidis*, exclus. — Pag. 1011. Anno 1519. §. *Vlricus* 2. linea, dele, *Secundum Evangelium*, & post 12. lineas, dele, *Aut vita instituto*. — Pag. 1018. §. *Idem epist.* 2. linea 4. post ea verba, *Martinus Lutherus*, dele octo lineas, usque ad, *Res non solum*, excl. — Pag. 1023. Anno 1523. linea 1. dele, *Ob confessionis constantiam*. — Et post undecim lineas, dele, *Neutra tamen alteram ad ignem vocat*. — Et post tres lineas, dele, *Hoc est, palinodis, carceribus, & incendijs*. — Et post septem alias lineas, dele, *Quem movet illa palinodia incendijs metu extorta*. — Pag. 1024. Anno

1523. linea 10. à principio, post ea verba, *Exitum denuntiant*, dele usque ad finem paragraphi. Item dele paragraphum sequentem, Anno 1523. qui incipit, *Ioannes Clericus*. — Pag. 1027. Anno 1524. post ea verba, *Post Annuntiationis*, dele duodecim lineas, usque ad, *Idem hoc anno*, excl. — Pag. 1031. Anno 1525. dele vocem, *Crudeliter*. — Pag. 1038. Anno 1530. lin. 3. post, *Mutui defensionem*, dele lineam, usque ad finem paragraphi. — Pag. 1040. Anno 1530. post medium, & ea verba, *Facere constituerunt*, dele quatuor lineas, usque ad finem paragraphi. — Pag. 1073. Anno 1551. linea 1. ubi legitur, *Propter religionem*; lege, *Propter heresim*. — Pag. 1080. Anno 1559. post ea verba, *Constantinus Fontius* (corruptè *Pontius*) dele usque ad finem §. — Pag. 1082. Anno 1560. dele, *Et honori suo restituti sunt*. — Pag. 1019. Anno 1582. dele extremas 2. lineas. — Pag. 1131. Anno 1586. 2. linea, dele, *Instinctu Mariæ Scotica*. — Pag. 1547. Anno 1591. linea 4. dele, *Pontificij partium eius*. — Pag. 1153. Anno 1594. post ea verba, *Doctor Lopez*, dele 4. lineas usque ad finem §. — Pag. 1187. post duas lineas, & ea verba, *Mense Octobri*, dele tres lineas, usque ad finem paragraphi. — Pag. 1190. Anno 1606. secunda linea, dele, *Proditionum confors*. — Pag. 1198. Anno 1609. linea 1. dele, *Augustinianus*. — Pag. 1201. Anno 1611. dele torum §. qui incipit, *Mense Decembri*, usque ad §. *Philippus III.* exclus. — Pag. 1202. Anno 1611. linea 1. dele, *Iesuita Scarga classicum canente*. — In pag. autem 1288. §. *Lugdunensis Batava*, post quintam lineam, & ea verba, *Februarij 1573.* dele tres lineas, usque ad, *Inimitabilis autem*, exclus. Et in *Tigurina*, & *Tubingeni*. — Pag. 1295. §. *Genevensis Schola*, post ea verba, *Ab anno 15.* dele quatuor lineas, usque ad, *Quamvis ipsa*.

IOANNES Herold.

Seu, *Herold*, non ille *Hæchstetensis*, qui pertinet ad 1. Classem, sed vir pius, & Catholicus, Ordinis Dominicani quem alij, *Discipulum vocant*. Ex opere quod inscribitur, *Sermones Discipuli*. Norimbergæ 1514. & postea 1541. in eius operis fine, in Promptuario, quod inscribitur, *De miraculis B. Mariæ Virginis*, deleatur torum exemplum, seu Miraculum duodecimum, quod incipit, *Quidam sanctus Pater in spiritu apparuit*, &c. constat viginti lineis.

CES
um
TORU

IOANNES Hessels, seu, Hesselius.

Eius liber, qui inscribitur, *Catechismus solidam, & orthodoxam explicationem continens*, etc. Lovanii, 1571. Cortigendus.

Lib. 3. in explicatione Decalogi cap. 64. ad medium, fol. 194. pag. 2. dele ab illis verbis, *Tolle enim simulacrum*, usque ad, *In corde nefarium est*, exclus. — Cap. 65. fol. 195. pag. 2. post medium, dele ab illis verbis, *Ex imaginibus tamen, quibus*, usque ad, *Imò tanta fuit cura*, exclusivè, & pro, *Imò*, substitue, *Attamen*. — Et inferius, pag. sequente, ad medium, dele ab illis verbis, *Si non nisi ab eruditis*, usque ad, *Et hactenus de imagine Trinitatis*, exclus.

IOANNES Iovianus Pontanus.

EX Ioannis Ioviani Pontani operibus. Basileæ, ex Officina Henric-Petrina, ad annum 1566. ut indicat Epistola inscripta D. Erasmo Osvaldo.

Tom. 1. lib. 4. de *Obedientia*, cap. 12. pag. 107. post illa verba, *Prorsus sit obedienda*, deleatur usque ad, *Ad hæc veritas ipsa non adeo nuda*, exclus. — Tomo 2. totus Dialogus, qui inscribitur, *Charon*, cū Scholijs, deleatur, incipit, *Magistratum Acæce gerunt*, & finitur, *Ego vero propero, vos sequimini*, à pag. 1128. usque ad pag. 1194. — Eodem tomo, deleatur totus Dialogus, cui titulus est, *Antonius*, cuius initium est, *Quenam queso bone civis*, & finis, *Nox occupat atra*, à pag. 1196. usque ad pag. 1293. — Eodem tomo deleatur totus Dialogus, qui inscribitur, *Actius*, incipit, *Pascutius Paulita*, & finitur, *Recte valeamus omnes*, à pag. 1301. usque ad 1454. — Eodem tomo, deleatur totus Dialogus, cui titulus est, *Asinus*, & initium, *Pacem Romæ factam*, finis vero, *fructus est etiam suavisissimus*, à pag. 1516. usque ad pag. 1543.

IOANNES Iustus Lanspergius, seu, Lansbergius.

Eius *Enchiridion militiæ Christianæ*, sive sit sine nomine Auctoris. Antverpiæ, apud Lucam Bellerum, sic corrigendum.

EDITIO COMPLUTENSIS.

Anno 1551.

Cap. 1. quod est, *De Evangelica sui abnegatione*, post medium, ubi legitur, de *Abnegationis præcepto*, lege, *De Abnegationis*

documento. — Cap. 4. De constanti, sive proposito, & c. ante finem, titulo, *De Exortio Horologii*, dele ab illis verbis, *Inter auscultat*, usque ad finem capitis. — Cap. De Discretione, iuxta illa verba magnalia, *Leges humane*, & c. scribe, *Caute*. — Et ante finem eiusdem capitis, dele, *lumi profectum*, & substitue, *Se ipsum*. — Cap. 7. De abstinentia, dele parenthesin, *pote cuius*, & c. — Et ad finem eiusdem capitis, dele, *Abstinentia*, & c. usque ad, *perantia*, exclus. — Cap. 8. De lectione, dele, *Ab omni lectione*, dele, *Et pudicitia*. — ante finem eiusdem capitis, ubi legitur, *Nihil tibi proderit*, dele, *Nihil*, & scribe, *rum*. — Cap. 10. De studio devotionis, dele, *rum*, §. *Quomodo ex testa*, & c. — Cap. Tentatione, dele, §. *Ei qui in conflictu*, ad finem capitis. — Cap. 13. De Cella, 19. ubi legitur, *Per opera mea*, adde, — Cap. 25. De Compunctione, linea 16. ubi legitur, *Misericordia soli*, dele, *soli*. — Et sequent. §. *Homo de suis*, lin. 10. ubi legitur, *In nullo labore suo*, adde, *Humani*. — Et ubi legitur, *Nihil per*, adde, *7. am*. — Cap. 28. De Obedientia, §. *6. fratrum*, post medium ibi, *Est enim*, adde, *Graviter*. — Et cap. §. *Obedientiam etiam*, lin. 7. dele, *buslibet etiam perfectissimus*. — Eodem capit. §. *Præpara cor*, lin. 7. ibi, *Si inveni*, dele, *Omnino*. — Cap. 32. De Patientia, §. 1. dele, *defectus*, linea 9. dele, *Potest quisque*, usque ad §. *Recordare*, exclus. — Cap. 34. De vendendo, & c. §. *Pro una re*, linea 8. ibi, *In amore*, adde, *Cum charitate*. — Capit. 39. *amore*, ac veneratione, §. *Ad honorem*, dele, *Neque bovem, neque malam*. — In §. *in aliqua*, linea 3. dele vocem, *Sola*. — Cap. 44. in §. *Secundum sic*, dele, *Aliud novum*. — In epilogo, qui est post cap. 47. §. *Compientem*, linea 2. dele, *Mortale*, & c. mox dele, *Aut actus valde scandalosus*. — In §. *Si accusationis*, post medium, ubi legitur, *Et in verbo*, lege, *Et ne in verba*. — In §. *in quo*, linea 5. dele, *Non minus*, & substitue, *Omnino*. Et statim dele, *Quam mortale*.

EDITIO COLONIÆ EX OFFICINA Birkmannica 1607.

Quæ longè correctior est, atque longè diversa numero foliorum, ac numerum divisione capitum.

Pag. 3. sub titulo, *Precatio pro abnegatione*, linea 3. ubi legitur, *Abnegationis præcepto*, lege, *Abnegationis consilio*, aut documento. — Cap. 7. Discretio quanta sit

ad finem pag. 25. ibi, *Quam suum profectum querere*, lege, *Quam se ipsum querere*. — Cap. 8. pag. 26. in medio, post illa verba, *Amabilis virginitas*, dele, *Aut charitas dilecta Deo*. — Cap. 9. pag. 35. ad finem nu. 7. dele tres priores lineas usque ad, *Temperantia vero*, exclus. — Cap. 11. pag. 40. linea 4. §. *Ab omni lectione*, dele, *Et pudica*. — Et pag. 41. ad medium, ubi legitur, *Nihil tibi profuerit*, pro, *Nihil*, lege, *Parum*. — Cap. 13. pag. 55. num. 17. dele totum constantem 15. lineis, usque ad finem pag. — Cap. 15. pag. 75. post medium, num. 12. dele 15. lineas, usque ad initium, pag. 76. & illa verba, *Hoc modo, qui*, exclus. — Cap. 7. pag. 86. ad medium, ibi, *Quia per opera mea salvari non possum*, lege, *Per opera mea sola*, &c. — Cap. 32. pag. 153. ante medium, ubi legitur, *Divina misericordia soli innitens*, dele vocem, *Soli*. — Et inferius, linea 6. ante finem, ubi legitur, *In nullo labore suo*, adde, *Humano*. — Cap. 39. pag. 201. ad finem, ibi, *Est enim inobediens omnis*, lege, *Est enim graviter inobediens*, &c. — Eodem cap. pag. 203. ad finem, post illa verba, *Operibus alijs*, dele quod sequitur, *Quibuslibet etiam perfectissimis*. — Eodem cap. p. 206. linea 3. ante finem, ibi, *Tunc si invitus feceris*, lege, *Si omnino invitus feceris*, &c. — Cap. 43. pag. 221. post initium, & post illa verba, *Quamobrem sunt excusabiles*, dele sedecim lineas, usque ad, num. 8. *Recordare superbe*, exclus. — Cap. 45. pag. 226. paulo ante finem, ibi, *Et in pace eidem servas*, lege, *In pace cum charitate*, &c. — Cap. 54. p. 275. num. 4. ibi, *Sed in sola Dei misericordia*, dele, *Sola*. — Cap. 67. pag. 308. ad finem, §. *Corripientē*, ibi, *Ubi non est mortale peccatum*, dele, *Mortale*, & dele quod sequitur, *Aut actus valde scandalosus*. — Eodem cap. pag. 317. initio, post illa verba, *Quod ex proposito fieret*, dele, *Non minus*, & quam mortale, & lege, *Cavebis omnino*.

IOANNIS Lorini.

Indices in Psalmos, in Acta Apostolorum in Epistolas Canonicas, vel à Sectarijs corrupti, vel ab imperitis depravate concinnati, corrigendi.

In Plalm. verb. *Animas defunctorum non invari suffragiis vivorum* 112. E. 2. adde, *Error ab auctore impugnatus*.

In Acta Apostol. verb. *Iacobus maior an in Hispania fuerit, sub dubio est*, adde, & scribe, *Sub dubio non est*.

In Epistolas Catholicas Petri, & Ioannis, dele, *Fides à dilectione separari non potest*. Aut dele particulam, *Non*, aut retenta illa sententia negativa, adde, *Error sectariorum impugnatus ab Auctore*. — Verb. dele, *Gratiam consequuti non peccant amplius*. 72. 2. E. vel adde, *Non peccant ex vi gratia*, ut Auctor explicat ex Augustino.

IOAN. Mahusij Aldernadens.

Ex Ioannis Mahusij, *Epitome annotationum in Novum Testamentum*, ex quinta, & ultima Desiderij Erasmi editione, collecta Antuerpiæ, per Ioannem Steelsum, 1538.

In Epistola Dedicatoria ad Andreæm Ritium, sub initium, post illud, *Libris manus admove*, dele usque ad illud, *Si quis quæ sua sunt*, excl. — Pag. 3. eiusdem Epist. initio, ibi, *Ita & luculentam*, dele, *Et luculentam*, & paulo inferius, post illud, *Conantis laborem*, dele usque ad, *Et enim præter animi*, exclus. — Matthæi cap. 3. initio, fol. 11. pag. 1. *Pœnitentiam agite*, post illud, *Et sic vertit alicubi*, dele usque ad finem annotat. — Matth. 4. fol. 17. pag. 1. à medio, post illud, *Pœnitentiam agite*, dele usque ad, *Appropinquavit*, exclus. — Ioannis 8. fol. 190. pag. 1. initio, §. *Principium*, qui & loquor, post hæc verba, dele usque ad, *Græci dicunt*, exclus. — Ioannis 21. fol. 206. pag. 1. ante medium, §. *Donec veniam*, post verba hæc, dele usque ad, *Sequi erat mori*, exclus. — Ad Romanos 5. fol. 290. pag. 1. versus finē, §. *Propterea sicut per unum*, post illud, *Ab Adam esse profectum*, dele usque ad finem Annotat. — Ibidem, §. *In quo omnes peccaverunt*, post illud, *Et in eo peccaverunt omnes*, dele usque ad fin. annot. — Ad Romanos 9. fol. 304. pag. 2. versus finem, §. *Qui est super omnia Deus*, dele totam Annot. quæ incipit, *Locus hic trifariam*, &c. — Eodem cap. fol. 308. pag. 2. in fine, §. *Et non misericordiam consequuntur*, ibi, *Paulus per similitudinem detorsit ad Gētes*, pro, *Detorsit*, scribe, *Deduxit*. — 1. Corinth. 11. fol. 372. p. 2. ante medium, §. *Hoc est corpus meum*, expungatur tota Annotatio. — Ad Titum 1. fol. 544. pag. 2. ad finem, §. *Magni Dei & Salvatoris*, deleatur tota Annotatio. — Ad Hebræos, cap. 11. fol. 567. pag. 2. ante medium, §. *Sperandarum substantia*, post illud, *Convictionem*, sed dure, dele usque ad, *Glossema quoddam*, exclus.

IOANNES Mayor.

Eius *Magnum Speculum exemplorum*.
Duaci

Duaci, ex officina Balthazaris Belleri, 1611. & Vener. apud Petrum Bertanum, 1605. corrigendum.

Pag. 56. verbo, *Attritio*, expunge totum exemplum, quod incipit, *Contigit in Rhe- mis, quendam militem*, &c. Ex editione Venereta, distinct. 3. pag. 108. col. 1. expunge totum exemplum septimum.

IOANNI Maldonato.

Liber falso adscriptus, e mentito impressionis loco. *Lugduno*, pro, *Francofurto*, impressionis nomine suppresso, cum hac inscriptione, *Disputationum, & controversiarum decifarum, circa septem Sacramenta*, prorsus prohibetur.

IOANNIS Mariana.

Tractatus septem corrigendi.

Ex Ioannis Mariana tract. 7. 1. De *Adventu B. Iacobi in Hispaniam*, &c. Coloniae Agrippinae, 1609.

In tractatu, *De Adventu Iacobi Apostoli maioris in Hispaniam*. — Cap. 2. pag. 3. col. 1. à medio, post illud, *Martij diem olim habuit*, dele usque ad, *Antique opiniones*, excl. — Cap. 6. pag. 10. col. 1. post illud, *Fidem habent indubitam*, dele usque ad, *Si persuasero*, excl.

In tractatu pro editione vulgata. Cap. 1. p. 34. post illud, *Exitum habitura esset*, dele usque ad, *Quod alios terrere potuisset*, excl. — Et col. 2. ad finem, ubi legitur, *Oppleri tenebris*, &c. dele, *Oppleri tenebris*. — Cap. 6. pag. 49. col. 2. post illud, *In parte est usus*, dele usque ad, *Supereſt an credere*, excl. — Cap. 20. pag. 95. col. 2. post illud, *Et etiam partes sunt*, usque ad, *Alij quorum*, excl. — Cap. 21. pag. 102. col. 2. post illud, *Sapè numero res cogit*, dele usque ad, *Postremo Melchioris*, excl. — Et ibi, pagin. 103. col. 2. post illud, *In questionem venire*, dele usque ad finem cap. — Cap. 22. p. 107. ante medium, post illud, *Sen Elkerœa vocant*, dele usque ad finem cap. — Cap. 23. pag. 109. col. 1. post illud, *Id non est factum*, dele usque ad, *In illorum gratiam*, excl. Et ibidem col. 2. post illud, *Intellexisse non ambigam*, dele usque ad, *Veram cum superius*, excl. — Et deinde pag. 110. col. 1. à medio, ubi legitur, *In omnibus codicibus, & linguis, propter similitudinem*, dele, *In omnibus codicibus, & linguis*, & col. 2. in medio, post illud, *Non minoris cerè auctoritatis*, dele usque ad, *Porro nihil esse*, excl. Sunt 17. lineæ. — Cap. 24. pag. 113. col. 1. ante me-

dium, post illud, *Editionem accipiam*, dele per quatuor lineas, usque ad vocem *Errata*, excl. & post vocem, *Errata*, dele *Primi generis*. — Cap. 26. qui per totum est 27. pag. 125. col. 2. parum ab initio, 11. post illud, *Antea fuerat contaminata*, dele usque ad illud, initio pagin. sequentis. *Neque exigui*, excl. — Et paulo post finem cap. & tractat. post illud, *Ex hoc opere*, dele usque ad, *Sed cum fallax*.

TRACTAT. DE MUTATIONE MOR-
TÆ. Totus iste tractatus expungatur.

TRACTATUS DE MORTE, &
Immortalitate.

Lib. 1. cap. 1. pagin. 359. col. 2. ad ibi, *Exemplo Principum laicorum*, dele *plo Principum*, & paulo post, pag. 361. ante medium, linea 19. post illud, *bras, instrumentaque*, dele usque ad, *mirum, ut in temporum*, excl. pag. 362. — Ibidem pag. 362. col. 2. ad finem, post illud, *Viri prestantes*, dele usque ad, *que*, excl. — Cap. 7. pag. 380. col. 1. in medio, post illud, vers. *Odia vindicta*, dele usque ad, *Vitam omnem*, excl. Sunt lineæ 27. — Lib. 2. cap. 12. pag. 414. col. 1. post illud, *Sed expedita explicatio*, dele usque ad illud pag. sequentis, in medio, *Verum de- cati ratione*, excl. — Capit. 13. pag. 414. col. 1. ad finem, post illud, *Com liberi ate- nare*, dele usque ad, *Hoc ad omnes*, excl. ante finem lineæ. — Lib. 3. cap. 6. column. ante medium, fol. 429. linea 20. post illud, *Angelos dicimus, ad vitum*, dele usque ad, *Naturam illis integram*, excl. — Et deinde, ad finem col. post illud, *qui fecerunt*, dele usque ad, *Deus enim & natura*, excl. — Ibidem pag. 431. col. 1. ante medium, post illud, *Capimus, referamus, Angustinus*, dele usque ad, *Videbat Paulum*, excl. — Et col. 2. à medio, lin. 31. post illud, *Illius necessaria*, dele usque ad, *Post lapsum hominis*, excl. — Deinde pag. 430. col. 2. lin. 3. à medio, post illud, *Magno animo tuetur*, dele usque ad finem cap.

IOANNES Matthæus Tysianus
Eius *Psalmi Davidis carmine*, probi-

IOANNES de Medina.

Eius *Tractatus de Oratione*, ita corrigendus est. — Ex quaest. 5. dematur ab initio verbis, *Quantum ad orationes*, usque ad, *placet*, excl.

INDIC
Libror
PROHIBI
E. V
= 4.

IOANNES Nevizanus.

EX Sylva Nuptialis libris sex, &c. Ioan-
ne Nevizano Aſſenſi Iuriſconſulto Aucto-
re. L. g. d. n. i. apud Anton. Vincent. 1545.

EX INDICE OPERI PRÆFIXO EXPUNG.
ſeq. Eccleſia eſt hodie, &c. — Episcopuſ Pa-
pienſ. ſecit ſe portari, &c. — Henribaldus
Cotta à Sacerdotibus, &c. — Honeſtatem
violare an aliquo, &c. — Indices & advoca-
ti maiori premio, &c. — Nuptias Sacerdo-
tibus magna ratione, &c. — Partialis dici-
tur in tanto animo, &c. — Pontifices multi
hodie ſunt in multis, &c. — Vidua gravius
peccat ſe, &c.

EX OPERE IPSO, LIB. I.

In eiſd. argumentis, p. 16. dele num. 134.
Nuptias Sacerdotibus magna ratione, &c.
— Ibidem dele n. 136. Henribaldus Cotta
à Sacerdotibus, &c. — In textu, p. 22. n. 8.
poſt illud, Trimegiſtica, particula V. dele uſ-
que ad, Ideo Philoſophuſ primo Politic. ex-
cluſ. — Ibidem dele notam marginalem,
Alij dicunt, quod in muliere. — Pag. 30. n.
25. ad finem, poſt illud, Tabienam in verb.
matrimoniuſ §. i. dele uſque ad illud, Et
tandem amatores, excluſ. — Pag. 33. num.
34. poſt illud, Debet omni lucro, dele uſque
ad, Et ſic videt primum, excluſ. — Pag. 34.
num. 36. ibi, Sine cibo, quod moriatur, ut fa-
ciunt Clerici, dele, Ut faciunt Clerici. —
Pag. 38. num. 49. in fine, poſt illud, Exone-
ratione ſue conſcientie, dele uſque ad, Pre-
ſerim quando filiſ, excluſ. — Pag. 46. n.
67. ad finem, poſt illud, Sed hoc ultimum
damnat, dele uſque ad, Et plures cauſas, ex-
cluſ. — Pag. 55. num. 89. ibi, Quod hodie
non puniuntur adulteria, pro, Non, ſcribe,
Raro. Ibidem dele marginalem, Hodie non pu-
niuntur adulteria. — Pag. 58. num. 100.
poſt illud, Quod ſola Roma florebat, dele uſ-
que ad, Nec prodeſſet forſi, excluſ. — Pag.
61. num. 106. ibi, Debet ab ea ſeparare ro-
tam: aliàs peccat, pro, Debet, ſcribe, Poſteſt,
& dele, Aliàs peccat. — Pag. 68. num. 110.
ad finem, poſt illud, Quæ ſuppoſuit ſe iumen-
to, dele uſque ad, Præpoſ. in c. tua, excl. —
Pag. 64. num. 112. poſt illud, Vbi voluerit,
ſpiravit, dele uſque ad, Ut in ſimili Gama-
liel, excluſ. — Eadem pag. num. 114. poſt
illud, C. caterum col. iiij. eodem tit. dele uſque
ad, Et heretica opinio Platon. excl. — Pag.
66. num. 119. ibi, Apoſtoluſ diſpenſavit ſe-
cundus nuptias, pro, Diſpenſavit, ſcribe, non
improbarit. — Eadem pag. n. 121. poſt il-

lud, Quæ ducit ad vitam, dele uſque ad, Et
tamen Avicena, excluſ. — Pag. 68. n. 122.
poſt illud, In verb. Debitum. §. viij. dele uſ-
que ad, Licet contra eum Sylveſter, excl. —
Pag. 68. num. 128. ad finem, dele marginale
lem, Clerici Zelotipi. — Et ibidem in tex-
tu, poſt illud, De ſponſal. §. fin. circa medium,
dele uſque ad illud, num. 130. Alium modum
ponit, excl. Deſcendit 14. lineæ. — Pag. 69.
num. 130. poſt illud, Cauſam dicit, quam non
reſero, dele uſque ad, In cateris, quæ dicit ut
in for. excluſ. 18. lineæ. — Pag. 71. n. 133.
poſt illud, Cap. CLXII. Cap. j. circa medium,
dele uſque ad illud num. 136. Nec ſatisfa-
ciunt rationes, excl. — Pag. 72. n. 539. poſt
illud, Enim maturius loquitur, dele uſque ad
illud in fin. eiſdem numeri, Tu verò omiſ-
ſiſ iſtuſ garrulitatibus. — Pag. 75. n. 150.
poſt illud, Præclare, col. xvij. dele uſque ad,
Sequitur Claud. excluſ. — Pag. 76. n. 151.
ibi, Et tranſmutant ſe in maiores figuras,
pro, Maiores figuras, ſcribe, Monſtroſas fi-
guras. Et poſt vocem, Figuras, dele uſque
ad, Et cum demonibus, excluſ. — Pag. 79.
num. 160. poſt illud, Quod Deus coniungit,
&c. dele uſque ad, Et ex alijs pluribus, ex-
cluſ. — Pag. 81. num. 162. in fine, poſt il-
lud, Medicinali, cap. ix. circa finem, dele uſ-
que ad, Sunt etiam qui enumerent, excl. —
Pag. 82. num. 166. poſt illud, Ultra quam
oporteat, dele uſque ad, Et mulieres etiam
prohibebantur. — Pag. 83. num. 167. in fi-
ne, ibi, Aliqui Roma (proh ſceluſ) faciunt,
dele, Roma. — Pag. 102. num. 214. à me-
dio, pag. poſt illud, C. de Sacroſanct. Eccleſ.
dele uſque ad, De charactere corporali, excl.

LIB. 2. In Argumentis, pag. 130. dele
num. 42. Vidua gravius peccat ſe proſtituen-
do, quam virgo. — In Textu, pag. 138. num.
16. initio, poſt illud, Fuerit verum matrimo-
niuſ, dele uſque ad, Præterea, ut inquit Phi-
loſophuſ, excluſ. — Pag. 143. n. 29. in fine,
poſt illud, Col. iiij. ff. de lib. & poſthum. dele
uſque ad, Ampliant §. excluſ. — Pag. 144.
num. 35. poſt illud, Col. ix. de fide inſtrum.
dele uſque ad, In marito autem viduo, excl.
— Pag. 146. num. 37. poſt illud, C. in iur-
tute de iure iur. dele uſque ad, Et conſuetudo
eſt altera, excluſ. — Pag. 147. num. 38. poſt
illud, Quod durat iriduo, dele uſque ad, Vel
quantum ſponſæ, excluſ. — Pag. 148. n. 42.
poſt illud, Caveat etiam ipſa vidua, dele uſ-
que ad, Afflictus in xxxiiij. excluſ. — Pag.
151. à medio, n. 46. poſt illud, verſ. Sed con-
trarium forſi, dele uſque ad illud quod ini-
tio, pag. ſeq. Perdet tamen iocalia, excl. —
Pag.

CES
um
TORU

Pag. 165. num. 64. ibi, *Et pompa damnatur nedum in edificijs, dele, Nedum, & post vocē, Edificijs, dele usque ad, Licet Episcopus Constantiensis, excl.* — Pag. 166. n. 66. post illud, *Curiositatis, quam Religionis, dele usque ad, Et contra habentes libros miniatos, excl.* — Pag. 178. n. 88. post illud, *Blava vendecavallo, dele usque ad, Nam & si vultus, excl.* — Ibid. paulò inferius, post illud, *Cum peccato, pro ut illa, dele usque ad, Quae sulphure subsumigat, exclus.* — Pag. 179. n. 89. ad finem, post illud, *C. de cano frum. lib. XI. dele usque ad, Michaël Scotus de, excl.* — Pag. 182. n. 93. post illud, *Per dare risposta, dele carmina omnia usque ad illud, sub initium pag. seq. Potest videri Anteros Fregosij, excl.* — Pag. 184. à medio, n. 96. post illud, *sicut amasia, sed uxor non, dele usque ad, Aliqui & quarto dicunt, exclus.* — Pag. 194. sub initium, n. 112. post illud, *Vnam naturam in princip. dele usque ad, Dicunt vicinam, exclus.*

LIB. 3. In Argumentis, p. 202. dele num. 20. *Iudices, & advocati maiori premio, &c.* — In Textu p. 204. n. 3. ibi, *Quando fuit primum Sacramentum institutum, dele vocem, Sacramentum.* — Pag. 207. à medio, n. 7. post illud, *Et qui experti sunt, dele usque ad illud, Et iuxta illud Comici, exclus.* — Pag. 215. ad finem, n. 17. post illud, *Hoc facient ut furentur, dele usque ad, Et Corij de anno, exclus.* — Pag. 217. sub initium, n. 19. ibi, *Vnde postquam est tanta honestas, dele, Tanta.* — Eadem pag. n. 20. ibi, *Recti Iudices, & Advocati plus merentur, quam Fratres Predicatores, dele, Plus, & Quam Fratres Predicatores.* — Ibidem dele marginalem, *Advocati plus merentur, &c.* — Pag. 218. eodem num. 20. post illud, *Vocati sumus, ad Ephesios IIII. dele usque ad, Felin. in cap. sicut, exclus.* — Pag. 233. n. 44. sub initium, post illud, *Non iuratur de calumnia, dele usque ad, Notatur in l. transigere, exclus.* — Ibidem, paulò inferius, post illud, *Col. penult. ff. de quest. dele usque ad, Et propterea dicit, exclus.* — Pag. 236. initio, n. 45. post illud, *Limitatur in Apostillis, dele usque ad, Vide tamen Ripam in tractat. exclus.* — Et paulò inferius, post illud, *Pura tanquam interpres, dele usque ad, Alias autem revelare tenetur, exclus.* — Pag. 239. initio, num. 47. post illud, *Advocati non procedit, dele usque ad, Nam vulnus detegas, exclus.* — Ibidem, paulò inferius, ibi, *Et sic equiparatur advocatus, pro, equiparatur, scribe, Comparatur.* — Pag. 240. ad finem, num. 49. post illud, *Vel unum clavum, dele*

usque ad, Hadrian. Papa noster, exclus.

LIB. 4. In Argumentis, p. 255. dele num. 143. *Episcopus Papiens. fecit se, &c.* — Ibidem dele num. 145. *Ecclesia est habet, &c.* — Ibidem, expunge num. 156. *fices multi hodie sunt in multis, &c.* — Pag. 256. dele num. 174. *Partialis in tanto anima, &c.* — In textu eadem dele usque ad, *Arg. in l. fin. s. ipsum* exclus. — Eadem pag. & num. post illud, *Practica Bonacursij ad fin. dele usque ad, Candelam amoris, que, exclus.* — Pag. 256. num. 16. ibi, *Hoc dicit secundum indulgentiam, pro, Indulgentiam, substitue, luum.* — Pag. 267. initio, num. 18. post illud, *Oeconomicorum, chart. ij. dele usque ad, Barbat. lib. 1. exclus.* — Pag. 272. num. 1. post illud, *Obijciuntur xxxij. q. iij. dele usque ad, Mendacium est contra naturam, exclus.* — Ibidem tolle marginalem, *Ratio minus peccatum, &c.* — Pag. 272. à medio, n. 27. post illud, *La creia de vendere, dele usque ad, Et experientiam, excl.* — Pag. 274. sub initium, eodem num. post illud, *Tamen hoc facere non debet, dele usque ad, Quia per ea que peccaverit homo, exclus.* — Pag. 277. n. 29. circa finem, post illud, *Canie, ut dixi, dele usque ad, Vnde conspectus considerandis, excl.* — Pag. 283. à medio, n. 31. post illud, *Quadam mulier, dele usque ad, Facit ad predicta, quod dicit, exclus.* — Pag. 280. n. 33. post illud, *Vir sunt incontinentissimi, dele usque ad, De quibus Natus in sacrilegio.* — Ibidem in fine pag. *Item in David, & beato Petro, dele, & beato Petro.* — Pag. 287. n. 42. sub initium, post illud, *Col. j. ff. de pub. ind. dele usque ad, lin. in rub. de maior. excl.* — Pag. 302. n. 1. post illud, *Hoc esse de consilio, dele usque ad, Imo est de precepto, exclus.* — Pag. 309. n. 54. post illud, *Duo sunt XCV. diff. dele usque ad, Facit Fran. Barbar. excl.* — Deinde, post illud, *De Vxorio officio, dele usque ad, Facit contra hos.* — Pag. 309. n. 65. à furore Rusticorum, conscientia Sacramentum. — Ibidem, post illud, *Libera me Domine subijcit, dele usque ad, & à in pace per scientiam meam, excl.* — Pag. 319. n. 21. s. Singulariter tamen, post illud, *re de novo, dele usque ad, Et plura committuntur, excl.* — Pag. 328. n. 82. expunge marginalem, *Licet honestatem violare, &c.* — Pag. 331. n. 84. post illud, *Conf. l. iij. de P. 331. dele usque ad, Viderat forte, excl.* — Ibidem

INDIC
Libror
PROHIBIT
E. V
= 4.

pauid inferius, post illud, *Fuisset eius pellex*, dele usque ad, & *Bald. in cap. innotuit*, excl. Pag. 337. num. 92. post illud, *Irrideant cum suis versibus*, dele omnia ad numerum 93. *Vnico verbo respondere*, exclus. pag. 340. ante medium. — Pagina 334. num. 98. in fine, post illud, *Pulchritudine mulierum*, dele usque ad, *Et etiam inter homines*, exclus. — Pag. 351. num. 105. post illud, *Amorem, & suavem odorem*, dele usque ad, *Sunt enim munde*, exclus. — Pag. 352. initio, eodem num. post illud, *In versis undones*, dele usque ad, *appellatur mundus*, excl. — P. 359. ante medium, num. 117. ibi, *Codrus renuntiavit Papatui*, pro, *Papatui*, scribe, *Regno*. — Pag. 362. num. 122. post illud, *Maximam*, XXXV. dele usque ad, *Pro quo est gl.* exclus. — Pag. 375. num. 135. post illud, *In fallen. xj. facie*, dele usque ad, *Gloss. in cap. cupientes*, exclus. — Pag. 376. ante medium, num. 136. post illud, *Arma sumpsit Italia*, dele usque ad, *Nunc tandem sapit Germania*, exclus. — Pag. 377. ante med. eodem num. ibi, & *Reip. moriantur*, sunt certi de *Paradiso*, scribe, *Bene operantur*. — Pag. 385. num. 143. initio, post illud, *An municipes*, ff. de dolo, dele usque ad, *Ideo minus malum est*. — Ibid. in fine pagine, post illud, C. III. num. V. dele usque ad, *Non equidem licet furari*. — Pag. 385. num. 144. post illud, *Dudum §. scimus, de sepult.* dele usque ad, *Latē Steph. Malereti*, exclus. — Eadem pag. num. 145. initio, post illud, *Steph. Char. seq.* dele usque ad, *Vide in Chronica Corij*, excl. — Pag. 389. ante med. num. 147. ibi, *Licet in forma Dei esset, non est arbitratu se aequalem Deo*, adde, & corrige, *Licet in forma Dei esset, non rapinam arbitratu est esse se aequalem Deo*. — Ead. pag. & n. ad finem, post illud, *Parte j. in fin. col. ij.* dele usque ad, *Vide tamen Hubertum*, excl. — Pag. 390. n. 148. post illud, *Matt. V. & Io. X. ante fin.* dele usque ad, *Et ista est reputatio Curie*, exclus. — Ead. pag. n. 149. post illud, *De elect. §. quis eligitur ad finem*, dele omnia, usque ad illud, ad finem numeri 150. pag. 393. sub initium, *Vnde quavis à Domino factum est istud*, exclus. — Pag. 393. num. 152. post num. lin. 16. post illud, *Vbi supra chart. CXIII.* dele usque ad, *Non fuit, expecta tempus*, exclus. — Pag. 396. ad finem, n. 155. lin. ante fin. pag. 8. post illud, *Jobo preso fantasia*, dele usque ad, *Codrus etiam aliquid*, exclusivè, pag. 7. ante finem lin. — Ibidem pauld inferius, ibi, *Moriuntur in paleis, nisi de gratia speciali decedant*, de-

le, *Nisi de gratia speciali*. — Pag. 417. num. 177. ad finem libri, post illud, *Nuptiarum nunquam esset expertus*, dele usque ad, *Franciscus Pavinus, in tract.*, excl. — Ibid. tolle marginalem, *Librum fortune*.

L. B. 5. Pag. 425. num. 9. post illud, *Investigare sicut moderni*, dele usque ad illud, initio, sequent. pag. *Et tamen dicit Bald.* excl. — Pag. 427. num. 12. lin. post n. 13. post illud, *Advocati illum ignorabant*, dele usque ad, *Cavialup. Tractat. de modo*. — P. 445. ad finem, num. 25. post illud, *Et obed. circa finem*, dele usque ad, *Dicit tamen Frater Sylvester*, exclus. ante fin. 6. lin. — Pag. 454. num. 34. post illud, *Reprehendere Iuriconsultos*, dele usque ad, *Lancel. in l. si creditori*, exclus. — Pag. 459. ante medium, nu. 38. post illud, *Vt ibi chart. CXIII.* dele usque ad, *Vel qui comedisset nimias fabas*, excl. — Pag. 461. num. 40. post illud, *Potius quam intelligibilis*, dele usque ad, *Vdalr. Zafius oratione*, exclus. — Pag. 467. num. 48. post illud, *Col. III. ff. de quest.* dele usque ad, *Corset. in tract. de pot. Regia*, excl. — P. 488. à medio, num. 67. post illud, *Ante fin. ff. de scar.* dele usque, *Vt dixi supra in XI. ratione*, exclus. lin. 28. — Pag. 504. ante med. num. 72. post illud, *Vt dixi in constitutione*, dele usque ad, & *dicit gloss. in authent. ut si ne*, exclus. lin. 12. — Pag. 515. sub initium, nu. 77. §. *Septimo non obit.* post illud, *Prophetia char. XXIII. C. XXX.* dele usque ad, *Secundo, cum nihil sit*, excl. lin. 4. — Pag. 521. quæ errore est 421. ante med. num. 80. post illud, *Colu. seu facie XXIII.* dele usque ad, *Fortun. de fine Iuris*, exclus. lin. 14. sub initium ead. 4. lin. — Pag. 523. sub initium, eodem n. 80. versus finem, ibi, *Imò Philosophia habet principia*, &c. addita voce corrige, & lege, *Imò Philosophia Aristotelis habet principia*, &c. — Pag. 524. ante med. num. 81. post illud, *Et sequuntur mentem Arist.* dele usque ad, & *propterea Medici antiqui*, exclus. lin. 11.

L. B. 6. pag. 590. sub initium, n. 49. lin. 8. post illud, *Consil. CXXXVII. col. II.* dele usque ad, *Præsumuntur enim talia*, exclus. — Ibidem pauld inferius, post illud, *Cepol. cautel. II. in fin. II. col.* dele usque ad, *Facit Papa Pius Epistola*, exclusivè, 13. post lin. — Pag. 593. num. 55. post illud, *Beneficium est Char. V.* dele usque ad, & *Io. Lup. in rub. de donat. ex. lin. 16*. — Eadem pag. n. 56. post illud, *Ad requisitionem mulierum*, dele usque ad, *Ideo tunc succedit*, excl. — In Carmine, *De conditionibus hominum huius temporis*, quod

CES
um
TORU

quod ad finem Operis habetur, & incipit, *Si modo quod faciant*, &c. expungantur versus 3. 8. 9. 10. 17. 18. 81. 46. — Ac tandem hæc Nevizani Sylva eadem ratione venit castiganda in volumine 7. Tractatum Lugduni, 1544.

IOANNES De Normant.

Eius *Historia memorabilis, de tribus Energumenis prorsus, prohib.*

IOANNES de Orbara.

Eius *Epistola ad Sanctum Paulum V. Pont. Max. & ad omnes Principes*, &c. prohib.

IOAN. Paduanus.

Eius *Viridarium Mathematicorum*, prohib.

IOAN. Paulus Donatus.

Eius libellus *de Reservatione Casuum*, prohib.

IOANNIS Peregrini Petroselani.

Liber Convivialium Sermionum, prohib.

IOANNES Petrus de Ferrarijs.

Eius *Practica Ioannis Petri de Ferrarijs*. Lugduni apud Ludovicum, & Carolum Pesnot, 1562. & 1550.

In forma libelli, in acti- ne Reali, §. *Iure dominij*, num. 56. pag. 24. col. 2. post verba illa, *modus acquisitionis*, dele usque ad, *per ingressum Religionis*, exclus. — In eadem forma, & §. num. 68. pag. 25. col. 2. post illud, *Ecclesiarum privilegium*, dele usque ad, *ut Ecclesia non teneatur*, exclus. — In forma responsionis rei conventi. §. *Tanquam publice*, num. 10. pag. 91. col. 1. post medium, post verba illa, *pravitatis, dict. cap. fin.* dele usque ad, *alia est preterea pena*, exclus. — In eadem forma, §. *Excommunicationis predictæ*, pag. 94. col. 2. post medium, post verba illa, *propter timorem communionis*, dele sequentia post septem lineas, usque ad illa, *Epitome 1. Exceptio.* exclus. — In eadem forma, §. *Prescriptionis*, num. 24. vers. *Nonus est*, pag. 100. col. 1. versus finem, post verba illa, & *ultra, & perseverabit*, dele usque ad, *decimus est*, exclus. — In eadem forma, & §. num. 28. pagin. 102. colum. 2. post medium, post illa verba, *in dict. cap. fin. extra de prescript.* dele usque ad, *verumtamen ipsum ius*, exclusivè. — In forma oppositionis contra instrumenta, §. *Contra ius elicitum*, num. 1. pagin. 163. colum. 2. post

med post verba illa, *Elicitus*, & *interdictum*, dele usque ad, *est itaque sciendum*, exclus. — Et paulò post, post verba illa, *plena plenitudine potestatis*, dele usque ad, *tamen in dubio*, exclus. sunt 6. lineæ. — In eadem forma, §. *Alijs rationibus*, num. 1. pag. 166. colum. 1. ad medium, post illud, *cap. si motu proprio, de prabendis, lib. 6. de le usque ad, Deinde queritur*, exclus. — In forma iuramenti, §. *Iuramentum*, num. 3. pag. 170. colum. 1. parum ab initio, post verba illa, *pertinent huiusmodi iuramentum*, dele usque ad, *Sæpe talia*, exclus. — Et paulò inferius, post verba, *Et iurantes aliter re, dele usque ad, iuxta not. in cap. de re, dele usque ad, exclus est una lin.* — In forma appellationis, §. *Et ad quemcumque*, num. 1. pag. col. 1 ante medium, post verba illa, *metropolitanus*, dele usque ad, *sed et non possit*, exclus. — In forma actione confessoria, §. *plenam*, num. 1. pag. 246. col. 2. ante medium, post illud, *subiecta natura*, &c. dele usque ad, *positum itaque descendendo*, exclus. — In eadem forma, & §. num. 8. pag. 247. col. 1. ad medium, post verba illa, *ut plerumque accide*, dele usque ad illa, *Queritur quis sit pater*, exclus. — In forma libelli, quæ agit ad dotem, §. *Coram vobis*, num. 3. pag. 259. col. 1. post med. post verba illa, *per Imperij observatur*, dele usque ad, *privilegium*, exclus. — In eadem forma, §. *Matrimonium*, num. 11. p. 268. col. 1. ante medium, ubi legitur, *impeditur, inventis, dele vocem, inventis, & deinde post verba illa, per ius Canonicum*, dele usque ad, *qui exmerat 10. And.* exclus. — Et inferius, num. 15. post verba illa, *cap. quis circa, extra de iur. dele usque ad, cognatio vero*, exclus. — In eadem forma, §. *Ac etiam casum*, num. 1. pag. 272. colum. 2. ad initium, post illa verba, *cap. cum contingat, de iure in. dele usque ad, ex quibus patet*, exclus. — In forma libelli ad reddendam rationem, §. *de executores*, num. 3. pag. 306. colum. 2. ad finem, post verba illa, *esse fratres*, exclus. — Et num. 7. p. 308. col. 1. ante medium, post illa verba, *exequendi ad Episcopum*, dele usque ad, *quam quidem potestatem*, exclus. — In forma libelli, in causa venditionis, §. *Et sub eius iuramento*, num. 3. pag. col. 2. post med. post verba illa, *qui impetur generaliter*, &c. dele usque ad, *Inde queritur*, exclus. — In forma libelli super petitione restitutionis in integrum §. *Tunc*, exclus.

num 14. pag. 359. colum. 1. ad finem, post verba illa, *alienatio iuramento firmatur*, dele usque ad, *ut habetur in d. cap. cum contingat*, exclus. — In forma libelli, in actione hypothecaria, §. *Sine aliqua*, num. 6. vers. *Alij verò dicunt*, pag. 380. col. 2. ad finem, post verba illa, *Et licet, ut in alijs iuribus*, dele usque ad, *in omnibus autem*, exclus. — Et paulò inferius, post verba illa, *Theologorum sententia*, dele usque ad, *fui præterea aliquando*, excl. — In forma libelli, in causa spolijs, §. *Per vestram*, num. 3. vers. *Nam qui utitur*, pag. 410. colum. 1. ad finem, post illa verba, *hec est ipsa veritas*, dele usque ad, *quod semper not.* exclus. — In forma libelli, pro hæreditate ab intestato, §. *Nullisquē substitutibus*, num. 5. pag. 460. colum. 1. versus fin. post verba illa, *Nati ex damnato cōtinu*, dele usque ad, *et filij damnati*, &c. — Et num. 17. pag. 462. colum. 2. in princip. post illa verba, *Habet in se rationem*, dele usque ad, *possunt autem tales spurij*, excl. — In forma libelli, quo agitur ex substitutione, §. *Ex suo tempore*, num. 3. vers. *Præterea fideiutor*, pag. 497. colum. 1. post medium, post verba illa, *Multumquē laicis fructuosa*, dele usque ad, *unde eo tempore*, excl. — Et paulò inferius, post verba illa, *Cum multis simil.* dele usque ad, *redeundo autem ad propositum*, exclus. sunt 12. lin. — In forma libelli pro hæreditate, vel re singulari, §. *Omnis communio*, pag. 508. col. 1. ante med. post verba illa, *communi divid. cum sim.* dele usque ad §. *Et negligi solet*, exclus. — In forma Inquisitionis, §. *Hec est quedam Inquisitio*, num. 30. pag. 517. colum. 2. in princip. post verba illa, *de duratione rerum*, dele usque ad, *Bartolus autem*, exclus. — Et post dicta verba, *Bartolus autem*, dele usque ad, *voluit aliter*, exclus. — Et inferius, num. 31. post verba illa, *De immunitate Ecclesiarum cum similibus*, dele usque ad, *et ita prudenter*, exclus. — In eadem forma, §. *Fama publica*, num. 3. pag. 520. col. 2. ante medium, post verba illa, *Proponere contra processum*, dele usque ad illa, *quid autem si nullo*, exclus. — *Horum plura in recentioribus editionibus iam expuncta sunt.*

IOANNIS Pici Carthusiensis.

Paraphrasis, & Annotationes in Psalmos, prohib.

IOANNIS Ravisij Textoris.

Dialogus, Interlocutores, Ecclesia, duo Episcopi, tres Hypocritæ, &c. prohib.

IOANNES Roffensis.

Ei falsò adscriptus liber, *De fiducia & misericordia Dei*, prohib.

IOANNES Reuchlinus, seu, Capnion.

Eivs liber, *de Verbo mirifico*, lib. 3. Col. 8. & alibi. — Item eiusdem, *Speculū oculare*. — Item, *Comedia*. — Item, *Ars Cabalistica*, lib. 3. Haganoæ, apud Thomam Anshelm. 1517. prohib.

IOANNES de Roade Avila.

Eivs Apologia, *de Iuribus principalibus defendendis & moderandis iuste*. Prohib.

IOANNES de Rupe-Scissa.

Eivs liber, *De confectioe veri Lapidis Philosophorum*. — Item liber, *De consideratione Quintæ-essentie*. Basil. 1561. prohib.

IOANNES de Sacrobosco.

Eivs *Sphæra*, cum Commentarijs quorundam, in editione Wirtembergensi, 1563. corrigenda.

In libri fronte, dele, cum *Prefatione Philippi Melancthonis*. — Et in medio rotius voluminis (nec enim folia numerantur) in titulo, *Libellus Ioannis de Sacrobosco, de anni ratione, &c.* dele rursus eadem verba, cum *Prefatione, &c.* Ipsam quoque *Prefationem*, quæ incipit, *Ingens & manifesta, &c.* cum suo titulo.

Quia verò cum prædicta Sphæra, & cū Compendio Pierij Valeriani, circumfertur Tractatus de Eclypsis, ex Proclo-Lypso, is totus expungendus est.

Circumfertur præterea in quibusdam editionibus, post prædictam Sphæram, *Cōputus Ecclesiasticus*, in quo, sub titulo, *Kalēdas, Nonas, & Idus*, deleatur totus §. *Notandum etiam, quod in quolibet mense, &c.* — Tum præterea Annotationes quedam Marci Mauri in Sacrobosci Sphæram expungi debent.

IOANNES de Salas.

Ex Ioannis de Salas disput. in 1. 2. D. Thom. tom. 1. Barcinonæ, ex officina Gabrielis Graells, & Gerardi Dotil, 1607.

Tract. 8. disput. unica, sect. 5. in 4. argu. post illud, *Exponat se periculo iniustitiæ*, dele usque ad, *propter hæc, & similia*, excl. — Et eadem sect. in solutione ad 4. argu. post

P p p 2 illud

illud, *Detrimentum pati in re quam possides*, dele usque ad finem sectionis, qui loci iam ab ipso Auctore, posteriore editione recogniti sunt.

IOANNES Sambucus.

Eius *Epistola, & Icones*, & alia, nisi corrigantur.

Ex Ioannis Sambuci Epistola ad Maximilianum II. *Omnis hominum vita*, &c. præfixa Historiæ Regum Vngaricarum Antonij Bonfinij. Basil. 1568. pagin. 1. ad finem, dele, *semperque vel ante*, &c. usque ad, *ac iure memoriam*, exclus. — Pag. 6. post medium, dele, *qui celibes*, &c. usque ad, *quonia pulcherrimum*, exclus. — Pag. 7. lin. 5. dele *Brevidialogi*, &c. usque ad, *nec vino*, excl.

Ex eiusdem Sambuci opere inscripto, *Icones veterum aliquot, ac recentium Medicorum*, &c. Antwerpæ 1574. dele sequentes Icones, cum subiectis Epigrammatis.

Gesnerus 33. *Scriptorum pelagus*, &c. — Fuchsius 37. *Invida multorum*, &c. — Cornarius 39. *Quot Graios*, &c. — Altomarus 46. *Altum componit*, &c. — Hadrianus Iunius, 48. *Hoc decus*, &c. — V. Cordus 51. *Fortiter ingressus*, &c. — Paracelsus 62. *Non sine doctrina*, &c.

IOANNIS Schænei.

Opus inscriptum, *Regiam maiestatem Scotiae veteris leges*, &c. Londini, Prohib.

IOANNES Schenkus à Grafenberg.

Friburgi, in Brisgoia, Medicus.

Eius *Observationes Medicae*, tomis septem, Friburgi Brisgoiæ, ex calcographia Martini Beckleri, 1599. Et in unico volumine, Francofurt. ex typographæo Nicolai Hoffmanni, 1609.

Cum hoc observationum opus collectitum sit ex variorum Auctorum fragmentis, & narrationibus; Noverit Lector, in Præfatione voluminis, & Indiculo seu Elêcho Auctorum, aliquam multos nominari Sectarios Medicos, quales sunt, Ioannes Grato, Achilles Pirmynius Gassarus, Adolphus Occo, Adrianus Iunius, Antonius Schneebergerus, Carolus Clusius, Carolus Stephanus, Conradus Gesnerus, Gaspar Peucerus, Georgius Agricola, Henricus Ranzovius, Henricus Smerius, Hieronymus Reusnerus, Iacobus Horstius, Iacobus Rueff, Iacobus Schegkius, Ioachimus Ca-

meratius, Ioannes Bauhinus, Ioannes Bockelius, Ioannes Caius, Ioannes Camerarius, Ioannes Heurnius, Ioannes Lalandus, Ioannes Langius, Ioan. Pistorius, Leonardus Fuchsius, Melchior Guilandinus, Michael Toxites, Nicolaus Taurellus, Petrus Sybillenus, Thadæus Dunus, Felixus, Theodorus Zuingerus, Thomas Stus, Thomas Mouffetus, Theophrastus Paracelsus, Adrianus Dudubius, Ciceronius Lycosthenes, Georgius Buchananus, Gaspar Bruschius, Hieronymus Wolfius, Iacobus Capellus, Ioannes Aventinus, Carion, Ioannes Hedio, Lambertus Naëus, Martinus Crusius, Philippus Gararius, Reinetus Reineccius, Simon Seldius, Sebastianus Munsterus. His exponenda sua damnationis nota, ad in ipso indice, vel in fine cuiusque variationis.

IOANNES Serres.

Gallus.

Sub vitæ finē edidit opus, *apparatus ad sanctam Catholicam, sive de Principijs religionis Christianæ*, in quo tandem ostendit, *sanctam Conciliorum, & Patrum diffinitionem*. Quia cum alij Ministri Occitanie, cum Theodore Beza minus probarent, nec illi incepto desisteret; dicitur à Ministris neno sublatus.

Eius quidem Historia de Regibus Francia. Prohib.

IOANNES Spondanus.

Eius in Homeri *Iliada, & Odysseam* Commentarij.

Ex opere, cui inscriptio est, *Homæque extant omnia, Ilias, Odyssea, Iliadum, chomyomachia, Hymni, Poëmata, &c.* Cum Latina versione omnium, quæ transferuntur emendatiss. aliquot loci in cælogatione, perpetuis item, insisque in Iliad simul, & Odysseam Ioan. Spondani Neapolensis Commentarijs, &c. Aureliæ Allobrogum, sumptibus Caldorianæ locatarum 1606. & Basil. 1606.

In Prolegomenis Titulo, *De origine dignitate Poëtica*, pagin. 26. versus finem post illud, *hymnis sola Poëtica*, dele, *ad, iam ergo intelligimus*, exclus. — Eiusdem titulo pag. 28. ante medium, ibi, *sono minus decoris divinus*, dele, *minimè ris*. — Et à medio eiusdem paginae, dele, *illud, in terras panem cælestem*, dele, *illud*.

ad, *Factum est, ut Isidem, exclus.* — Eodem titulo, pag. 29. ad medium, post illud, *Sed & Henricus Stephanus, dele usque ad, Illa heritorum Poëtarum, exclus.* — Titulo de Homero, eadem pag. 29. ibi, *Politianum, Camerarium, & alios, dele, Camerarium.* seq. tit. 1. lin. — Pag. 41. expungatur totum Epigram. Theodori Beza, cū inscriptione, quod incipit, *Te cunctis laudate, &c.* finis veto, *Spondum tantarum dicere promum.* — Pag. 12. ad finem, ibi, *Gesnerus ille, Poligraphotetos, dele, ille Poligraphotetos.* 9. ante fin. lin. — In libro 6. pag. 105. ante medium, post illud, *Integritas animi, Sacrificium autem, dele usque ad, Eucharistiam, appellat Terullianus, exclus.* — Pag. 108. ante medium, post illud, *Suspectum fecerat. Hec ille, dele usque ad, Itaque diligenter.* — Et inferius, propè medium, eiusdem paginæ, post illud, *Hec ad verbum Lucianus, dele usque ad, Absesse ergo debet à viro, exclus.* — Pag. 213. à medio, post illud, *Theophrasto Paracelso, dele usque ad, Accepram referunt, exclus.* — Deinde post illud, *Hoc de Theophrasto, dele usque ad, Testimonium in lib. 3. Epist.* — exclus. — In libro 12. pagina 233. in fine, post illud, *Excessus pietatis in hodierno die, dele usque ad, Quorum quidem opinio, exclus.* — In libro 18. pag. 333. ante medium, post illud, *Quod sunt invisibiles, dele usque ad, Quæ omnia in suas lectiones, exclus.* — In libro 21. pag. 356. sub initium, ibi, *Quod etiam rectè est ante me, dele, rectè.* — In lib. 10. pag. 138. à medio, post illud, *Inquit noster Bodinus, dele usque ad, Scribit alias sibi, exclus.* — Pagin. 142. à medio, post illud, *Præces adhibet, ut est Tobie 5. dele usque ad, Itaque nimis nude illi pronuntiare, exclus.* — In lib. 16. pag. 229. ante medium, post illud, *Convincari solerent, dele usque ad, Nos porro ab ea disputatione, exclus.* — In libro 22. pag. 319. à medio, linea 7. ante finem comm. post illud, *Theophrastus Paracelsus, dele usque ad, Varijs locis huius vaporis, exclusivè.*

IOANNES Surel.

Eius liber, *De terribili excidio Hierosolymitarum, prohib.*

IOANNES Tabiensis.

Eius Summa, quæ dicitur, *Tabiensis, sive, Summa Summarum.* Vence. 1520. 1569. & demum 1572.

Verbo, *Ecclesia, nu. 1. fere sub initium, ubi, ait, Omnes baptizatos, adde, Fideles.* — Et inferius, ubi dicitur, *Ecclesia solum bonorum, dele quod sequitur, Quæ dicitur Ecclesia Romana Catholica.*

IOANNIS Tritemij.

Steganographia, hoc est, Ars per occultam scripturam animi sui voluntatem absentibus aperiendi, certa. Opus falso Tritemio adscriptum, prohibetur. — Eiusdem I. Tritemij *Commentarius in Regulam D. Benedicti.* Valencenis, 1608.

In cap. 3. Regulæ n. 6. pag. 342. §. *Nunc autem, dele ab initio priores 23. lin. usque ad, Sed transeant hæc, excl.* — In cap. 4. nu. 22. pag. 429. linea 8. à fine, post illa verba, *Ad claustra venerunt, dele sequentia usque ad sex lineas, pag. 431. & illa verba, Vult ergo Sanctus, exclus.*

IOANN. Vffelus.

Eius *Connubialis consultatio*, edita Antuerpiæ, 1611. permittitur, si pag. 31. in §. *Equidem assentiri*, ad marginem, cautio hæc apponatur, *In Sacris Literis concubina pro legitima etiam uxore usurpatur.* — Atque ex pag. 46. auferatur totus §. *Quod autem ad presentiam Parochi, &c.*

IOANNES Wenschelburgensis.

Eius *De Signis, & Miraculis falsis, & de Superstitionibus liber, prohib.*

IODOCVS Iamlauderius Brugensis.

Eius *Praxis Criminalis*, prohibetur, donec corrigatur.

IODOCVS, vel, Iudocus Clithovæus Neoportuensis.

Eius *Elucidatorium Ecclesiasticum.* Parisijs, apud Poncetum, 1548. & *In Damascenum*, Paris. 1603.

Monendus Lector, Clithovæum parum cautè, reprehendere ausum, quasdam voces, quas Ecclesia hodie in hymnis libenter usurpat. — Sed præterea pagin. 561. in Benedictione cerei temere reprehendit, & improbat, quod ex D. Gregorio canit Ecclesia, *O felix Ada culpa, quæ talè meruit habere Redemptorem*, quod totum expun-

PPP 3 gen-

gendum est. Tum eo loco, tum Commen-
tario in Damascenum lib. 4. orthodoxe Fi-
dei, Paris. 1603. fol. 299. p. 1. ad medium,
post illa verba, *Exhibita sit*. Et delenda 11.
linea, usque ad, *in illo quoque dicto*, excl.—
Et in margine, expungenda notatiuncula,
Felix Ade culpa dici non debet.

IOSEPHVS Langius.

De Iosepho Langio, & de eius Polyan-
thea multiplici, necessaria ad lectorem ad-
monitio. Postquam Iosephus Langius Cae-
saremoranus, Philos. Medicus, Mathem. &
Polil. olim in hareticorum castris militas-
set, proptereaque ad primam classem cate-
nus pertinuerit, Ecclesiae iam Catholicae
restitutus (quod ipse sibi & divinae miseri-
cordiae gratulabundus praedicat in ea praef-
atione, quam ad Ioannem Adamum sacri Im-
perij Principem, suae Polyantheae praemittit)
merito tum ipse, tum eius opera (si quid
lima, & correctione egeant) locum suum
in hac secunda Classe obtinere debent.

De eius vero Polyanthea scire oportet,
illam neque unicam, & simplicem extitisse,
neque ab uno tantum Auctore elaboratam.
Primum enim sub eo titulo, & nomine
edita fuit ante centum annos à Domi-
nico Nano Mirabellio monacho erudito,
pio, & bene de litteris merito, patria Al-
bensis, qui scripsit, *Monoteffaron Evangelio-
rum*. Polyanthea ergo prodijt primum Ba-
sil. apud Adamum Petrum ann. 1512. & Sar-
nae, 1514. & Colon. 1539.

Deinde cum eiusdem argumenti quae-
dam alia collegisset Bartholomaeus Aman-
tius Poëta, & Franciscus Tortius, seu de
Tort, Andegavus edidisset sententiarum
opus absolutissimum ex probatissimis Au-
ctoribus excerptum, Paris. 1560. & 1580.
ex utroque ac de Anonymo quodam Lug-
dunensi, ac de suo etiam, Maternus Choli-
nus Colonienfis Typographus Mirabellia-
nam Polyantheam locupletavit, & inter-
polavit. Colon. 1585. & Venet. 1592.

Postea Iosephus Langius Professor, &
Academicus Friburgensis Brisgoiae (quem
diximus) opus hoc tum sacris, tum proph-
anis sententijs, & exemplis, ita locupletavit,
& exornavit, ut opus novum efficeret, & sub
titulo *Polyanthea nova* publicavit. Prodiit-
que Genevæ, 1600. Lugdun. 1604. Francof.
1607. 1612. Argentinae, Francof. 1613.

Tandem prodijt alia *Polyanthea novissi-
ma*, non multum diversa à praecedente, sed
tamen alia, & in libros viginti dispersita,

neque re ipsa, & titulis locorum com-
muni, neque foliorum, & pagellarum nu-
mero cum priori conveniens, namque an-
terior, & prior illa incipit à titulo, *Adi-
mentia*, posterior vero, d est recentior, à
culo, *Abnegatio*, oportet ergo utramque
notis distinguere, nempe antiquiorem à
A. posteriorem lit. P. discretionis, & cla-
ritatis gratia.

Novissimè prodijt alia Polyanthea
vior novissima, tribus voluminibus
hoc titulo, *Florilegij magni*, seu Polyantheae
floribus novissimis sparsa libri XX. Fran-
cof. 1621. in qua alij Polyantheae Aucto-
res, seu Consecratoribus Nano, Tortio,
Tortio, Langio denuò accedit Fran-
cus Sylvius Insulanus, locupletissima
absolutissimam, sua industria, & con-
ficiens ultra praecedentes omnia,
nulla non indiget sua castigatio.

Polyanthea nova, & novissima antiqui-
& posterior. A. P. — Verbo *Angelo*, sub
tulo, *Poëtica sententia* P. pag. 100. col. 2.
post verbum *Pharetra*, deleatur Hymnus
Philip. Melaneth. cum suo titulo. — Et ex
seq. Hymno Ioannis Stigelij, ante hunc
post versiculum *Adonicum vindictae*, deleatur
dele duos vers. *Hinc nihil patitur, qui
sedet Romae*. A. 90. sub tit. *Scriptores*.
103. c. 2. A. p. 91. c. 2. post vocem *Pha-
tra*, dele usque ad, *Bonecontra*, eodem.
Et in fine huius §. dele illas voces *duo
nos Melanc.* & pro quibus, lege, *Hym-
Stigelij*. — Verbo *Anima*, sub tit. *Script-
res*. P. pag. 109. c. 1. A. p. 97. c. 2. init. de
Philip. Mel. — Verbo *Antichristus*, sub
Scriptores, P. pag. 115. c. 1. A. pag. 104.
1. post vocem *Anselmus*, dele 2. lin. usque ad
Marullus, excl. — Verbo *Armenia*, sub
tit. *Scriptores*, P. pag. 122. col. 2. A. p. 103.
col. 1. in fine §. dele post vocem *Scriptores*, usque
ad finem §. — Verbo *Baptismus*, sub tit. *Loci
Biblici*. P. pag. 157. c. 1. A. pag. 157.
c. 2. post initium, paulo ante finem tituli
§. *Pedobaptismus*, usque ad, *Baptismus*, dele
ma, exclus. — Verbo *Bellum*, sub tit. *Script-
tores*, P. p. 171. c. 2. A. p. 152. col. 2. ad
diem, in §. *Bellum civile*, dele, *Philip. Mel.*
Chronica. — Verbo *Calebs*, sub tit. *Script-
res*, P. p. 188. c. 1. A. p. 168. c. 1. in fine
B. Latom. dele lin. usque ad finem §. —
bo *Consolatio*, sub tit. *Scriptores*, P. p. 190.
c. 2. A. p. 244. c. 2. ante medium, post illud
ba *Pro oppressis*, dele ferè 2. lin. usque ad
Rugeri de Fera, exclus. — Verbo *Gom-
ria*, sub tit. *Auctores*, P. p. 521. c. 1. A. p. 521.

INDIC
Librorum
PROHIBITI
E. V
= 4.

475. c. 1. post med. & post illa verba, *militari*, l. 2. c. 1. dele lin. usque ad, *Fab. Quint.* excl. — Verbo *Indulgentia*, sub tit. *Definitio*, §. *Indulgentia proprie*, P. p. 615. c. 1. A. p. 556. c. 2. post illa verba, *delicate concedere*, dele 2. lin. usque ad, *non negamus*, excl. — Verbo *Liberum arbitrium*, sub tit. *Definitio*, §. à verbo P. p. 732. c. 2. paulò ante fin. post illa verba, *Arbitrium appellarunt*, dele 3. lin. usque ad, *Arbitrium Hebræi*, excl. — Et p. 733. c. 1. ad med. §. & primo, post illa verba, *dedit precipitem*, dele 2. lin. usque ad, *Inde sequuta*, excl. — Et paulò inferius, post, *Phil. 2. 13. Ioan. 3. 19.* dele totum §. sequentem constantem 12. lin. usque ad §. *Sequitur*, excl. — Et post alias 13. lin. & illa verba, *Civilis, & naturalis*, dele 3. lin. usque ad finem §. — Et in §. *Quemadmodum*, statim in 2. lin. dele, *Ita nec in regeneratione*. — Et col. 2. sub tit. *Testimonia scripture*, §. *Homo corruptus*, dele, *intelligentia vera desinitus*. — Et §. *Contemnit verbum*, post illa verba, *Deum Ioan. 5. 42.* dele 3. lin. usque ad fin. §. — Et inferius sub tit. *Patrum dicta*, scribe in margine, *Quæ hic scribuntur ex quibusdam Patribus de libertate humani arbitrij, cautè, & sano modo intellige iuxta Orthodoxam Ecclesie intelligentiam*. — Et sub tit. *Similitudines*, scribe similiter in margine, cautè lege, & P. 774. col. 2. post med. sub tit. *Similitudines* §. *D. Fausti Episcopi*, A. p. 663. col. 1. post med. §. *D. Fausti Episcopi Regiensis*, dele, D. — Verbo *Pontifex*, P. p. 1036. c. 1. in §. *Pontificatus Evangelicus*, & paulò inferius in §. *Pontifex igitur*, scribe in margine, cautè lege. — Et A. verbo *Pontifex*, pag. 932. c. 2. sub tit. *Definitio*, lin. 8. dele, *Romane quoque secte homines servat*. — Et verbo *Pontifex*, A. pag. 1232. pro *Papiste*, lege *Catholici*.

III. *Polyanthea antiquior*, editionis Vener. 1592. nō indiget nota, aut correctione.

IV. *Polyanthea* editionis Lugd. 1604. sumptibus Horatij Cardon, apparet correctissima.

V. *Florilegium magnū*, seu *Polyanthea*, floribus novissimis sparsa. Olim à Dominico Nano Mirabellio, Bartholomæo Amasio, Fracisco Tortio, collecta, titulis novissimis aucta, & c. numeris omnibus absolutissima Fracisci Sylvij Insulani industria, & labore. Francos sumptibus Hæredum Lazari Zetzaeti, 1621. tribus voluminibus.

Tomus primus, tantum sub illo titulo, *Florilegij magni*.

Quamvis eadē ferè sit huius primi tomi

expurgatio, quæ *Polyanthea novissima*, superius tradita sub lit. P. quia tamen non omnino eadem est, neque prorsus titulis & foliorum ordine, & numero conveniunt, seorsum tradendam duximus.

Verbo *Angeli*, *Angelorum*, p. 214. fine, sub tit. *Poetica sententia*, expunge totum hymnū de Angelis, qui quavis sine inscriptione, est Philip. Mel. usque ad tit. *Exempla & loci Biblici*, in col. 216. — Et sub eodem verbo tit. *Scriptores*, c. 217. post vocem, *Pharetra*, dele usque ad, *Bonicornius*, excl. — Et paulò inferius in fine eiusdē annotationis, post verba illa *Ioannes Rivius*, dele reliquum annotationis. — Verbo *Anima*, col. 228. in fine in tit. *Scriptores*, dele sequentia, usque ad, *Gregorius*, excl. — Verbo *Arithmetica*, c. 257. ante fin. sub tit. *Scriptores*, post *Rhetici seorsim*, dele reliquū. — Verbo *Bellum*, col. 376. sub tit. *Scriptores*, §. *Belli civilis*, dele usque ad, *Vberius vero*, excl. — Verbo *Calebs*, col. 421. sub tit. *Scriptores*, post B. *Latomus*, dele lin. usque ad, *Vid. tit.* excl. — Verbo *Consolatio*, c. 630. sub tit. *Scriptores*, & post illa verba, pro *oppressis*, dele 2. lin. usq; ad, *Rugeri de Ventat*, excl. — Initio, col. 1072. verbo *Indulgentia*, c. 429. sub tit. *Definitio*, §. *Indulgentia proprie*, post illa verba, *Delicate concedere*, dele 2. lin. usque ad, *non negamus tamē*, excl. — Verbo *Liberum arbitrium*, sub tit. *Definitio*, §. à verbo, post illa verba *Arbitrium appellarunt*, dele 3. lin. usq; ad, *Arbitrium Hebræi*, excl. — Et col. eadem ante fin. §. *De primo*, post illa verba, *dedit precipitem*, dele 2. lin. usque ad, *Inde sequuta*, excl. — Et post alias §. lin. dele totum §. sequentem per 11. lin. initio, col. 1682. usque ad §. *Sequitur conversionis*, excl. — Et in eodem §. *Sequitur conversionis*, ad finem, post illa verba, *Civilis & naturalis*, dele 3. lin. usq; ad §. *Quemadmodum in generatione*, excl. — Et inferius dele illa verba, *Ita nec in regeneratione*. — Et ead. col. sub tit. *Testimonia scripture*, §. *Contemnit verbum*, post illa verba, *Ioan. 5. 42.* dele 3. lin. usq; ad, *vide preterea*, excl. — Et ead. col. ad fin. sub tit. *Patrum dicta*. — Et col. 1683. ante med. sub tit. *Similitudines*, scribe ad marginem *Quæ hic dicuntur de libertate arbitrij cautè legenda sunt*. — Col. 1684. ante fin. §. *D. Fausti Episcopi*, del. D. — Verbo *Pontifex*, col. 2382. ant. med. §. *Pontificatus Evangelicus*, & in §. *Pontifex igitur*, scribe ad marginē, cautè lege.

VI. *Florilegij Magni*, seu *Polyantheæ* tomus secundus, Ian. Gruteri. Et tomi secūdi pars prima, Argentorati Fin. lit. I. sumptibus

bus Hæredum Lazari Zetzneri, 1624.

Item, pars secunda aliter. M. Duo hæc, volumina Florilegij Magni, id est Polyantheæ, novissimis floribus sparsæ, novū præferunt Auctorem, Ian. Gruter. flores autē collectos ex quinquaginta minimū Auctoribus vetustis, Græcis. Latinis, sacris, profanis, quorum nullus ferè cōparet in tomo 1.

Porro Ian. Gruteri Dedicatio huius primæ partis ad Oligerum Roscrañtium Regis Daniæ Consiliarium, quæ incipit, *Destitutus presidio*, &c. per mit. — Et item secunda præfatio Hæredibus Lazari Zetzneri, quæ incipit, *Eccē vobis unam alteramq; Florilegij nostri partem*, Cætera quæ tantū sunt Patrum testimonio, & sententiæ nihil habere videntur censura, aut notatu digna.

EIVSDEM Langij Iuvenalis, & Persij, cū indicibus Vocabulorū, & Phrasium Iuvenalis, & Persij, & argumentis Satyrarum Friburgi Brisgoiæ, 1608. per mit.

Et similiter eiusdem Tyrocinium Græcarum litterarum Friburg. 1607.

Item, Adagia, sive sententiæ proverbiales, Græcè, Latinè, & Germanicè. Argentorati, 1596.

Et eiusdem, Loci communes, Argentorati 1598. similiter permittuntur.

IOSEPHVS Mozzagurnus.

EIVS Narratio rerum gestarum Canoniarum Regularium. prohib.

IOSIAS Nolden.

Corbachienfis Waldecus.

EIVS De Statu Nobilium civili, Synoptica tractatio, prohib.

ISAACVS Nicolaus Nivelettus. In Mythologiam Aesopicam notæ, prohib.

ISIDORVS Clarius.

Ex Biblijs sacrosanctis Veteris ac Novi Testamenti. Adiectis ex eruditis scriptoribus scholijs, &c. Auctore Isidoro Clario Brixiāno, &c. Venetijs, apud Iunctas, 1564.

Post primam operis inscriptionem. Prologus, & prolegomena prædicatur. — Initio operis fol. 1. pag. 1. ante titulum illum, Liber Genesis, &c. adscribe, *Horum Bibliorum Textum, nemo Textum vulgata Editionis esse existimet.*

IN SCHOLIIS.

Genes. 36. ad illud, *d. Invenit multos in solitudine*, post verba illa, *essent præter naturam* dele usq; ad finem Scholij. — Iob. 31. ad illud, *g. Si abscondi quasi homo, ibi, vel fecit Adam, qui damnatus est, quod peccatum,*

